

# PATROLOGIÆ CURSUS COMPLETUS,

SEU

BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRÆ, UNIFORMIS, COMMODA, ŒCONOMICA  
OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM, SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM,

SIVE LATINORUM, SIVE GRÆCORUM,

QUI AB ÆVO APOSTOLICO AD ÆTATEM INNOCENTII III (ANN. 1216) PRO LATINIS,  
ET AD PHOTII TEMPORA (ANN. 863) PRO GRÆCIS, FLORUERUNT;

## RECUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXSISTERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER DUODECIM PRIORA  
ECCLESIAE SÆCULA ET AMPLIUS,

JUXTA EDITIONES ACCURATISSIMAS, INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS,  
PERQUAM DILIGENTER CASTIGATA;

DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS VARIISQUE LECTIONIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA;  
OMNIBUS OPERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABSOLUTAS  
DETECTIS, AUCTA;

INDICIBUS PARTICULARIBUS ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS, SIVE AUCTORES ALICUJUS MOMENTI  
SUBSEQUENTIBUS, DONATA;

CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET TITULIS SINGULARUM PAGINARUM MARGINEM SUPERIOREM  
DISTINGUENTIBUS SUBJECTAMQUE MATERIAM SIGNIFICANTIBUS, ADORNATA;

OPERIBUS CUM DUBIIS, TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM  
ECCLESIASTICAM POLLENTIBUS, AMPLIFICATA;

DUCENTIS ET AMPLIUS INDICIBUS LOCUPLETATA; SED PRÆSERTIM DUOBUS IMMENSIS ET GENERALIBUS, ALTERO  
SCILICET RERUM, QUO CONSULTO, QUIDQUID NON SOLUM TALIS TALISVE PATER, VERUM AUTEM UNUSQUISQUE  
PATRUM, ABSQUE ULLA EXCEPTIONE, IN QUODLIBET THEMA SCRIPSERIT, UNO INTUITU CONSPICIATUR;  
ALTERO SCRIPTURÆ SACRÆ, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBVIUM QUINAM PATRES ET  
IN QUIBUS OPERUM SUORUM LOCIS SINGULORUM LIBRORUM SCRIPTURÆ VERSUS,  
A PRIMO GENESES USQUE AD NOVISSIMUM APOCALYPSIS, COMMENTATI SINT.

EDITIO ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR CHARACTERUM NITIDITAS,  
CHARTÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, PERFECTO CORRECTIONIS, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS  
TUM NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO OPERIS DECURSU CONSTANter  
SIMILIS, PRETII EXIGUITAS, PRÆSERTIMQUE ISTA COLLECTIO, UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA,  
SEXCENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS NIC ILLIC SPARSORUM,  
PRIMUM AUTEM IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS AD OMNES ÆTATES,  
LOCOS, LINGUAS FORMASQUE PERTINENTIBUS, COADUNATORUM.

## SERIES GRÆCA,

IN QUÆ PRODEUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIAE GRÆCÆ  
A S. BARNABA AD PHOTIUM.

ACCURANTE J.-P. MIGNE,

*Bibliothecæ clerici universæ.*

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

PATROLOGIA, AD INSTAR IPSIUS ECCLESIAE, IN DUAS PARTES DIVIDITUR, ALIA NEMPE LATINA, ALIA GRÆCO-LATINA.  
LATINA, JAM PERITUS EXARATA, VIGINTI-QUINQUE ET DUCENTIS VOLUMINIBUS MOLE SUA STAT, AC QUINQUE-  
VIGINTI-CENTUM ET MILLE FRANCIS VENIT. GRÆCA DUPLICI EDITIONE TYPIS MANDATA EST. PRIOR GRÆCUM  
TEXTUM UNA CUM VERSIONE LATINA LATERALI AMPLECTITUR, ET FORSAN CENTUM VOLUMINUM EXCEDET NU-  
MERUM. POSTERIOR AUTEM HANC VERSIONEM TANTUM EXHIBET, IDEOQUE INTRA QUINQUAGINTA CIRCITER VOLU-  
MINA RETINEBITUR. UNUMQUODQUE VOLUMEN GRÆCO-LATINUM OCTO, UNUMQUODQUE MERE LATINUM QUINQUE  
FRANCIS SOLUMMODO EMITUR: UTROBIQUE VERO, UT PRETII HUIUS BENEFICIO FRUATUR EMPTOR, COLLECTIONEM  
INTEGRAM, SIVE GRÆCAM SIVE LATINAM COMPARET NECESSE ERIT; SECUS ENIM CUJUSQUE VOLUMINIS AMPLITU-  
DINEM NECNON ET DIFFICULTATES VARIA PRETIA ÆQUABUNT.

*PATROLOGIÆ GRÆCÆ, TOMUS LXXVIII.*

SANCTUS ISIDORUS PELUSIOTA; ZOSIMUS ABBAS.

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,  
IN VIA DICTA D'AMBOISE, OLIM PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO D'ENFER  
NOMINATAM, SEU PETIT-MONTROUGE, NUNC VERO INTRA MŒNIA PARISIENA.

1860

450  
76





SÆCULUM V, ANNUS 450.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΙΣΙΔΩΡΟΥ,  
ΤΟΥ ΠΗΛΟΥΣΙΩΤΟΥ,  
ΕΠΙΣΤΟΛΩΝ ΒΙΒΛΙΑ ΠΕΝΤΕ.

SANCTI ISIDORI,  
PELUSIOTÆ,  
EPISTOLARUM LIBRI QUINQUE.

POST JAC. BILLII, CUNRADI BITTERSUSII ET ANDRÆ SCHOTTI CURAS AD CODICES  
VATICANOS EXEGIT ET PLUS BIS MILLE LOCIS EMENDAVIT, RESTITUIT, SUPPLEVIT

**P. POSSINUS,**

SOCIETATIS JESU PRESBYTER.

Accedunt

**ZOSIMI ABBATIS ALLOQUIA.**

ACCURANTE ET DENUO RECOGNOSCENTE J.-P. MIGNE,  
**BIBLIOTHECÆ CLERI UNIVERSÆ,**

SIVE

CURSUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

**TOMUS UNICUS.**

VENIT 12 FRANCIS GALLICIS.

EXUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,  
IN VIA DICTA D'AMBOISE, OLIM PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO D'ENFER  
NOMINATAM, SEU PETIT-MONTROUGE, NUNC VERO INTRA MOENIA PARISINA.

1860

B12  
60  
1161  
v-78

# ELENCHUS

AUCTORUM ET OPERUM QUI IN HOC TOMO LXXVIII CONTINENTUR.

---

## S. ISIDORUS PELUSIOTA.

De Isidori Pelusiotæ vita, scriptis et doctrina commentatio historica theologica, auctore Hermanno Agathone Niemeyero.	col. 9
Prolegomena editioni Parisinæ Epistolarum S. Isidori præfixa.	103
Argumenta Epistolarum S. Isidori.	119
Petri Possini Præfatio ad Lectorem philisidorum.	178
S. Isidori Epistolæ	ibid.
Index eorum ad quos scripsit Isidorus. <i>Vide ad calcem voluminis.</i>	

*(Ex tribus indicibus peculiaribus, in quos, magno Eruditorum incommodo, discescebantur Epistolarum libri, unum et eundem fecimus, quod quantæ futurum sit utilitatis cuique patet.)*

## S. ZOSIMUS ABBAS.

Alloquia ex Petri Possini Thesauro ascetico.	1679
--	------

DE  
**ISIDORI PELUSIOTÆ**  
**VITA**  
SCRIPTIS ET DOCTRINA  
**COMMENTATIO HISTORICA THEOLOGICA.**

SCRIPSIT

**HERMANNUS AGATHO NIEMEYERUS**

THEOL. LICENT. PHIL. DOCT. SEN. THEOL. SENIOR.

(Halæ, in libraria Orphanotrophei, MDCCCXIV.)

—  
**PRÆFATIO.**  
—

*Commentationis de Isidoro Pelusiota parti primæ et secundæ, quæ ante duos menses in lucem editæ sunt idcirco, ut mihi in academia Fridericiana theologiam docendi potestas concederetur, tertiam partem præter appendices adjuncti. Cum igitur omnis scriptio nunc demum absoluta iudicio eruditorum subijcienda mihi que verendum sit, ne multi mirantes, quod ego de obscuro sæculi quinti monacho fuisse et copiose disserui, inique de me præjudicent, paucis, qui factum sit, ut hoc præ cæteris elegerim argumentum, ante explicare placet, quam instituti rationem exponam.*

*Nam quod Semlerus, quem nimis severam de Patribus ecclesiasticis sæpenuero tulisse sententiam constat, in Selectis historię ecclesiasticę Capitibus, vol. I, p. 284, Isidorum Pelusiotam Theophilo ac Cyrillo repugnasse, ejusque epistolas ingenuæ plerumque indolis vastis multorum corporibus longe utiliores esse, tradidit, id imprimis me impulit, ut in hujus viri vitam, scripta et doctrinam singulari studio inquirerem. Neque susceptæ me penitet operæ. Nam cum Isidorus, vir et doctrinæ copia, et vitæ integritate excellens, eodem tempore quo potentissimarum Ecclesiarum antistites inter sese certarunt, floreret, primum illæ inter ejusdem epistolas, ex quibus tum quid ipse, tum quid alii de episcoporum dissidiis statuerint, apparet, hand parvi momenti sunt. Quod ut probemus, testificamur quas dedit ille ad Theodosium imperatorem litteras περί του ποιήσασθαι ἀσφάλειαν τῆς συνόδου, de securitate synodo præstanda (lib. I, ep. 311, cf. Comment. p. 20), quibuscum quam aptissime connexæ, quæ ad Cyrillum, eo, quo hic Ephesum adiret, tempore scriptæ sunt, in quibus gravissima hæc exstant verba: Πολλοὶ γὰρ σε κωμωδοῦσι τῶν συνελεγεμένων εἰς Ἐφεσον, ὡς οἰκείαν ἀμυνόμενον ἔχθραν, ἀλλ' οὐ τὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ ὀρθοδόξως ζητοῦντα. Ἀδελφικοῦς ἐστὶ, φασὶ, Θεοφίλου, μιμούμενος ἐκεῖνον τὴν γνώμην. Ὅσπερ γὰρ ἐκεῖνος μανίαν σαφῆ κατεσχέδασε τοῦ θεοφόρου καὶ θεοφιλοῦς Ἰωάννου, οὕτως ἐπιθυμῶμαι καυχῆσασθαι [cod. Bav. καυχᾶσθαι] καὶ οὗτος, εἰ καὶ πολὺ τῶν κρινομένων ἐστὶ τὸ διάφορον. — Lib. I, ep. 310. Cf. Comment. p. 20. — Ex his enim quomodo multi, etsi Nestorii doctrinam rejecerunt, Ægyptiorum episcopi erga Theophilum jam defunctum et Cyrillum animati fuerint, licet colligere. Neque hoc loco prætermittenda sunt silentio, quæ Isidorus ad Simonem monachum de Joanne Chrysostomo scripsit et Theophilo, quem λιθομανῆ καὶ χρυσολάτρην (sic enim pro χρυσολάτρην scribendum est), appellat, nihil aliud his verbis significaturus, quam Theophilum nimia ædificia exstruendi cupidine, nimioque auri amore flagrantem etiam injusto modo sibi comparasse divitias. Quo Isidori iudicio mirum in modum confirmatur, quod Palladius, quem multi cum ira et studio scripsisse affirmarunt, tradidit, antistitem Alexandrinum nimiam adhibuisse in ecclesiis ædificandis magnificentiam, eumque vendidisse sacerdotium. [Dial., de vita S. Joannis Chrysostomi (a).] Reliqua quæ huc spectant in prima commentationis parte aut perurini, aut exposui.*

(α) Opp. Chrysost. nostræ edit. tom. I, col. 22. EDIT. PATR.

PATROL. GR. LXXVIII.

1

Deinde vero epistolæ, in quibus Pelusiota locos ex antiquitatibus Christianis petiit, memoratu non indignæ sunt. Conferantur præ cæteris quæ dixit ille de diaconorum gravitate (lib. 1, ep. 29), de sanctorum reliquiis (lib. 1, ep. 55; cf. lib. 11, ep. 5), de cantu mulierum in ecclesiis (lib. 1, ep. 90), de formula: Εὐφὴν ὕμν, qua sacerdotes illo tempore concionantes uti consueverunt, auditorumque ad illos responsione (lib. 1, ep. 122), de linteo quod diaconi sacram celebrantes cœnam adhibuerunt (lib. 1, ep. 136), et de parvis, quæ mulieres gestarunt, evangelii (lib. 11, ep. 150; cfr. Comment. [col. 97 A]). Neque prætereundum est quod tam aliis testimoniis, tum Isidori potissimum epistola ad Cyrillum data (lib. 11, ep. 127), Emmanuel a Schelstrate in Antiquitate Ecclesiæ dissertationibus et monumentis illustrata, vol. II, diss. v, cap. 3, § 1, p. 368, 369, ostendit, metropolitæ Alexandrino in omnibus Ægypti provinciis presbyteros ordinandi, proscribendi et abdicandi jus fuisse et potestatem.

Quibus exemplis, ut equidem arbitror, satis superque probatum est, Isidori Pelusiotæ epistolas historiæ ecclesiasticæ illius ævi studentibus magno esse posse usui, easque singulari non indignas studio habendas esse. Huc accedit; quod nemo eorum qui hucusque de Isidoro scripserunt viri docti, vel quia ab eorum instituto fuit alienum, vel aliam ob causam tanta diligentia, quantam res postulat, de ejus vita, scriptis et doctrina egerit. Consentiet mecum qui perscrutatur quæ Tillemontius, Hist. eccl., vol. XV, p. 97 et 119; Dupinius, Nov. auct. eccl. Bibl., vol. III, parte II, p. 4-14; Fabricius, vol. X, p. 478; Ceillierius, Hist. auct. sacr. et eccl., vol. XIII, p. 600-610; Schroeckhius, Hist. eccl., vol. XVII, p. 521-529; Richardus Simon, Crit. commentat. N. T. hist., cap. 21, p. 307-314; Rosenmuellerus, Hist. interpr. LL. SS. P. IV, p. 180-215, et Heumannus, Diss. de Isid. Pel. ejusque epp., dixerunt, quæque alii aut paucis omnem de ejus vita, scriptis et doctrina disquisitionem absolventes, aut de his rebus strictim agentes attulerunt.

Sed ne quis in hac commentatione magis quidpiam requirat quam ipse aut volui præstare aut potui, restat ut de instituti ratione breviter disseram.

Quæ mihi tum ex ipsius Isidori, tum ex aliorum Patrum scriptis de illius vita innotuerunt, in prima exponi commentationis parte, neque hoc loco quidquam addendum aut retractandum est.

Secunda vero in parte de Isidori scriptis disserui. Itaque primum, deperditis ejusdem operibus accurate enumeratis, de epistolarum quæ superstites sunt dixi editionibus illarumque numero. Deinde Heumanni sententia, plerasque specimina esse eloquentiæ, iis imitanda, quos haberet earum auctor artis dicendi discipulos, ita a me. præeunte Schroeckhio, refutata est, ut lectiorem quemque meis salutarem esse partibus confitear. Quæ tamen refutatio, cum res facillima esset adjudicatu, non multum laboris habuit et difficultatis. Quo magis mirandum est, quod Christianus Fredericus de Matthæi in admonitione de Isidoro Pelusiota (cf. Nov. ex Joan. Chrysost. eclog. LII, p. xv), hæc scripsit verba: Plerasque istarum epistolarum fictas esse, dudum docuerunt viri docti. Qua de re caute multoque melius judicavit in Historia sua ecclesiastica Weismannus hisce verbis: Quod si tamen verum esset, quod ven. Heumannus existimat, scripsisse quidem hujusmodi epistolas Isidorum, sed eas re ipsa non misisse ad personas quibus inscriptæ sunt, magno ad hæc scribenda privatim animo opus non fuisset. (Vid. cit. diss. ubi multis et eruditis rationibus pro more hanc hypothesein exornat. — Cf. Weism. Hist. eccl., vol. I, p. 471, ed. alt.) — Denique plurimas Isidori epistolas non ea forma qua in editis excusæ sint exemplaribus, ab auctore scriptas esse, sed a monachis excerptas ad nostram usque ætatem pervenisse, probare conati sumus. Qua tamen in re non omnino verum vidimus. Reperiuntur enim, ut Reisigius meus me docuit, inter Isidori epistolas non solum quæ a monachis excerptæ, verum etiam quæ ab eisdem interpolate sunt. Quamobrem quæ inter epistolas, quæ bis in exemplaribus typis expressæ inveniuntur, ab Isidoro profecta sit adjudicaturi, caveamus necesse est, ut ullam propterea genuinam esse statuamus, quoniam pluribus contineatur verbis. Hæc enim ab interpolatore aut glossatore possunt esse profecta. Cujus sententiæ veritatem perspiciet haud dubie, qui Isidori litteras infra a me in medium prolatas attento perlegerit animo. Etenim, ut idem ille Reisigius intellexit, in illa quæ est libri secundi epistola glossator addidit primum ut τὸ λεγόμενον explicaret, verba τὸν δοκούντα εἶναι πρεσβύτερον· deinde perspicuitatis causa pronomem αὐτόν ascripsit, idemque pro ἀνεπιστέλλω posuit simplicius deteriusque φήσαιμι· deinceps μισοπονῆρου interpretandi causa scholiastarum more addidit καὶ φιλαγάθου, atque εἰκότως commutavit cum δικαίως. Glossa enim apud Hesychium et Suidam exstat: εἰκότως = δικαίως. Idem interpolator inculcavit ἐστὶν ante ἄγιος. Nam quod ad extremum pro ἐκτραφῶδων positum est ἐκχωρηῶδων, videtur ex scripturæ diversitate profectum esse; quæ autem admista διὰ καὶ — Θεός acer forsitan interpolatoris animus suapte sponte videatur effudisse. In proximis epistolis autem a me allatis ex libro v, ep. 239, et ex iv, ep. 56, interpolata est prior additamento verborum μετὰ τὸ προληφθῆναι· mutilatam alteram librarii errore in μηδὲ καταδεξάμενος arguit sententiarum ratio. Antea enim videtur positum fuisse οὐ δὲ μὴ διδαχθῆναι καταδεξάμενοι. Denique quam commemoravi col. 49 epistolam 272 libri I, eam putat Reisigius post illam quæ est libri I, 303, scriptam esse; quare γέγραφα pro γέγραφας ex mss. revocandum ducit.

Huic autem parti secundæ tres addidi appendices (a); quarum in prima inter complures Isidori epistolas,

(a) Ex his primam et secundam, quia addenda erat catenarum recens editarum collatio, ad causam epistolarum amandavimus. ΚΩΤ. ΡΑΤΑ.

quæ et in editione Parisiensi excusæ, et a catenarum auctoribus prolatae sunt, eo consilio instituta est collatio, ut multas ejusdem epistolae a descriptoribus ad verbum non esse descriptas probaretur. Sunt autem collatae, quæ ad manus fuere, hæc Patrum Græcorum catenæ :

1. Σειρά ἐνδὸς καὶ περὶ ἕκαστα ἄπομνηματιστῶν εἰς τὴν Ὀκτώτευχον καὶ τὰ τῶν Βασιλειῶν, ἤδη πρῶτον τύποις ἐκδοθεῖσα, ἀξιώσει μὲν Γρηγορίου Ἀλεξάνδρου Γλίκα, ἐπιμελεία δὲ Νικηφόρου. Vol. I, II. Lipsiæ 1772.

2. Expositio PP. Græcorum in Psalmos a Balthasare Corderio concinnata. Antuerp. 1643.

3. Catena Græcorum PP. in beatum Job collectore Niceta, in lucem edita opera et studio Patricii Junii. Lond. 1537.

4. Symbolæ Græcorum PP. in Matthæum collatae a Balthasare Corderio et Petro Possino. Tolos. 1646. Vol. I, II.

5. Catena PP. Græcorum in S. Joannem in lucem edita a Balth. Corderio. Antuerp. 1630.

6. Cotelerii Monumenta Ecclesiæ Græcæ.

Conferentibus autem nobis quas primo et quarto loco numeravimus Patrum catenas, occurrebant fragmenta ab illarum auctoribus Isidoro nostro ascripta, quæ, cum diu multumque in epistolarum hujus viri editionibus frustra quæsierim, typis exprimenda curavimus. Etsi equidem non affirmaverim ne unum quidem inter omnia hæc fragmenta neque in Isidori epistolis, neque apud alium scriptorem reperiri, tamen cum illius scripta attento perlegerim animo identidem, neque in ipsis fragmentis quod ejusdem cogitandi aut scribendi rationi repugnet invenerim, liceat mihi omnia ea ab Isidoro profecta esse tandiu contendere, dum meliora non eductus sum a quoquam. — In secunda vero hujus partis appendice enumeravi catenas Patrumque dictorum syllogas sive eclogas, quæ nondum editæ in bibliothecis asservantur, in quibusque Isidori exstant aut epistolæ, aut epistolarum fragmenta. — In tertia denique, quæ mihi de epistolarum innotuerunt codicibus exposui, et occasione data p. 143 scripturæ diversitatem e codice Gudiano, quem summa doctissimi Eberti mihi concessit liberalitas, diligenter adnotavi.

Tertia autem commentationis pars, in qua de Isidori agitur doctrina, in tria apte dividi potuit capita. In primo enim, quid ille de gravissimis dogmatibus senserit, declaratum est, ita quidem, ut primum quid de fontibus religionis Christianæ, quid deinde de Deo, tum quid de consiliis et institutis divinis, quæ ad hominum salutem per Jesum Christum reparandam spectant, quid denique de rebus futuris statuerit ille, traditum sit. De quibus omnibus ejus sententiam accurate quidem exposuimus, atque gravissima ejusdem de quovis dogmate dicta in notis typis exprimenda curavimus; sed ne nimis longa omnis hæc fieret disquisitio, neque judicium adjectum, neque instituta est cum placitis, quæ aliis ejusdem ævi Patribus accepta fuerunt, comparatio. — In secundo vero hujus partis capite diximus de Isidoro apologeta; itaque ejusdem contra ethnicos, Judæos et hæreticos disputandi ratio paucis declarata est. — In tertio denique de Isidoro egimus librorum sacrarum interprete, atque pluribus probare conati sumus exemplis, eum neque omnino spernendum, uti Croius censuerunt et Heumannus, neque dignum esse laudibus quibus a Dupinio, Simone et Rosenmuellero exornatur.

Sed si quis forte me reprehendat, quod ethica, quæ dedit ille præcepta, omnino neglexerim, is intelligat velim me separatim quidem de his non egisse, sed in unaquaque commentationis parte, quæ ad morum pertineant doctrinam, recurrere Isidori placita. Quo accedit, ut qui hæc in systema velit redigere, omnem haud dubie perditurus sit operam, cum Isidorus, pro consilii ratione mox hanc virtutem, mox illam, mox complures primarias esse docuerit. Cæterum multa quæ huc spectant attulit Neander V. V. in libro de Joanne Chrystostomo, opere non minus quam veteris illius viri cognominis aureo.

Tantum igitur restat, ut de scripturæ diversitate, quæ, ubi Græca Isidori verba a nobis allata sunt, diligenter adnotata est, pauca dicamus. Quam cod. Bav. scripturam notavimus, ea ex editione Rittershusiana (cf. p. 37) repetita est. Reliqua ex Petri Possini Collationibus Isidorianis (cf. p. 39 et p. 40) deprompta sunt; quæ novam harum epistolarum editionem curanti maximæ haud dubie erunt utilitati. Recte enim ille in præfatione, Corriguntur, inquit, ex his menda innumerabilia, veri non antea introspecti aperiuntur sensus auctoris, nodi perplexissimi extricantur, multa casu ommissa et ad sententiam necessaria suppleuntur. Quæ cum ita sint, ut aliquis Isidori epistolae denuo edendi suscipiat munus, optandum est, quo, si hæc mea scriptio aliquid laudis consequetur, ipse fungar lubentissime.

Scriptum Halis mense Februario MDCCCXXV.

## COMMENTATIO

DE

## ISIDORI PELUSIOTÆ

VITA, SCRIPTIS ET DOCTRINA.

## PARS PRIMA.

VITA ISIDORI.

Isidorus, qui vulgo dicitur Pelusiota (a), Ægyptius (b), Alexandriæ natus est teste Ephræmo Antiocheno (c). Quo vero anno, quibus parentibus procreatus, quibus sit usus cognatis, quo modo educatus, a quibus eruditus sit, nihil certi constat. Quæ enim in Græcorum Menologiis (d) traduntur, Isidorum e nobili genere natum, Theophili ac Cyrilli propinquum, magnis opibus relictis in monasterium se contulisse non arguunt. Et quod narrat Nicephorus Callistus (e) S. Joannem Chrysostomum Isidori fuisse magistrum, quodque plurimi post eum velut Baronius (f), Natalis Alexander (g), Caveus (h), Fabricius (i), aliique (j) uno ore tradunt, haud vacat controversia. Negatur enim ab Heumanno (k), qui Nicephorum historicum negli-

(a) Errorem Dupinii, qui in *Nova sua auctorum ecclesiasticorum Bibliotheca*, tom. II, p. II, p. 3, hunc Isidorum appellat, *saint Isidore de Damiete*, Heumannus in Disputatione de Isidoro Pelusiota, p. 6, alatis Cellarii et Holstenii dictis, notavit. Cf. Tillemont. *Hist. eccl.* vol. XV, p. 99 et p. 847.

(b) Alegræus quidem in *Paradiso Carmelitici decoris*, statu III, cap. 6, e Græcia ortum esse censet Pelusiotam. Sed hujus sententia in *Actis Sanctorum mens. Febr.*, tom. I, p. 468, § 4, n. V, jam dudum explosa est.

(c) Ephræmi Antiocheni epistolam, in qua hæc exstant verba: Ἰσίδωρος — Ἀλεξανδρείας τὸ γένος ἦν, refert Photius in *Bibliothecæ suæ* codice ccxxviii, edit. Schotti p. 778.

(d) Græc. Menol. d. iv. Febr. Ἰσίδωρος — ὁ ἅγιος Αἰγύπτιος — υἱὸς εὐγενῶν καὶ εὐσεβῶν γονεῶν· συγγενεῖς δὲ ἔχων Θεόφιλον καὶ Κύριλλον τοὺς τῆς Ἀλεξανδρείας ἐπισκόπους — ἐγένετο σοφός. Ἀγαπήσας δὲ τὸν Θεὸν πλείον τοῦ κόσμου, κατέλιπε καὶ γονεῖς καὶ πλοῦτον καὶ δόξαν καὶ ἐγένετο μοναχός.

(e) Niceph. *Hist. eccl.* lib. xiv, cap. 13. Ἰσίδωρος ὁ τοῦ Πηλουσιού, Νεβλος — διδασκάλω τῷ μεγάλῳ χρησάμενοι. Et cap. 30: Ὁ τε τοῦ Πηλουσιού Ἰσίδωρος, καὶ Μάρκος Ἰωάννη τῷ πάνυ μαθητευθέντες. Eadem tradit Sixtus Senensis in *Bibliothecæ sanctæ* libro IV.

(f) Baron. *Annal. eccl.* ad. ann. 431, n. CXVIII, ed. Col. tom. V, p. 365, ad ann. 407, n. XVIII, p. 278.

(g) Nat. Alex. *Hist. eccl.*, sæc. v, cap. 4, art. IX, tom. V, p. 150. *Supplem. ad Nat. Alex. Hist. eccl.*, p. 419, Venet. 1777.

(h) Cav. *Script. eccl. hist. litter.*, p. 250, ed. Genæv. 1705.

gentem, et credulum, sæculi decimi quarti scriptorem non idoneum ad hujus rei fidem arbitratur; præsertim cum ipse Isidorus, etsi pluribus in epistolis (l) mentionem fecerit Chrysostomi, eamque honorificam, non commemoraverit, eo se usum esse magistro. Cum Heumanno consentit Schroeckhius (m). Argumentum vero, quod hic ex temporum notatione repetivit, minoris est momenti. Joannes enim Chrysostomus, septimo demum et quadringentesimo post Christum natum anno defunctus, Isidori illo tempore jam triginta vel adeo quadraginta annos nati magister esse potuit. Neque tamen ego Nicephori traditioni fidem tribuerim; cum, cur hoc tradiderit ille, causa idonea afferri possit. Namque Isidorus, uti Dallæus (n) et Rittershusius (o) obser-

(h) Cav. *Script. eccl. hist. litter.*, p. 250, ed. Genæv. 1705.

(i) Fabric. *Bibl. Gr.* ex edit. Harl. vol. X, p. 480.

(j) Cfr. Rittershusii *Lect. sacr.* lib. IV, cap. 46, p. 304; Basnagii *Annal. polit. eccl.* tom. III, p. 319, n. V; Spannhemii *Hist. Christ. sæc. v*, Opp. vol. I, p. 1030; (Job. Georg. Heinsii) *Unpartheyische Kirchenhistorie des alten und neuen Testaments*, tom. I, p. 922, Weismanni *Introductio in memor. eccl. hist. sacr.* tom. I, p. 470, ex edit. Hal. 1745. Arnoldi *Kirchenund Ketzerhistorie* tom. I, lib. v, cap. 3, § 46; *Allgemeines historisches Lexicon*, Lipsiæ 1709; Moreri *Grand dictionnaire historique*; Hofmanni *Lexicon universale*.

(k) Heum. *Dissertatio de Isidoro Pelusiota et ejus epistolis*. Gottingæ 1757, p. 7, § 5. — Hæc in ejusdem primitiis Gottingensibus academicis recusa est, p. 210 seq. —

(l) Lib. I, ep. 152, ep. 156, ep. 310; lib. II, ep. 42; lib. IV, ep. 221, et lib. V, ep. 32.

(m) Schroeckh. *Hist. eccl.* tom. XVII, p. 521.

(n) Dallæus *De cultibus Latinorum religiosiis*, lib. V, cap. 4, p. 585. *Ut Prosper*, inquit, *Augustinum, ita et Chrysostomum suum sequitur Isidorus*; et post paulo, ubi epist. 52 libri I commemorat, sic pergit: *Hic Chrysostomi ipsa pene verba, mentem quidem totam videmus*.

(o) Rittershus. *not. ad Isid.* ep. 191, lib. III, et lib. IV, ep. 116. — Cf. ejusdem *Lect. sacr.* lib. IV, cap. 46, p. 301 et p. 313, ubi postquam plura de similitudine, quæ inter utriusque viri cogitandi et sentiendi rationem intercedit, locutus est, singula affert, quibus hanc probet sententiam suam, exem-

varunt, post eosque Fabricius (a), Heumannus (b) et A rat. Com vero, quod jam a Tillemontio observatum Schroeckhiius (c), compleribus in locis Chrysostomum imitatus est, cujus scripta diligenter videtur lectitasse (d). Hinc narratio illa facillime potuit oriri; itaque cum aliorum scriptorum nulla accedat testimonia, non temere tanquam vera suscipienda est.

Constat autem Isidorum monasterium in monte non procul a Pelusio urbe, unde Pelusiota (e) dictus, sinum adiiisse. Nam si ex eo quod Leontius Byzantinus (f) eum nominat eremitam, quodque ipse in epistola ad Thaumasiū (g) ἀναχώρησιν suam commemorat, conjecturam faceres eum fuisse eremitam (h), a vero sine dubio aberrares. Etenim ipse in epistola ad Tabennesiæ monachos data (i) se monachum nuncupat, scribitque Calliopio (j) se relicta vita urbana adiiisse monasterium; quod ut Cratinus imitetur, hunc alia in epistola (k) magno opere adhortatur. — Deinde ex scripturæ diversitate, quam exhibent codex Vatic. 649, et Altaem. titulum epistolæ libri primi centesimæ quinquagesimæ (l) sic supplentes: Μοναστηρίω πρὸ τοῦ Πηλουσιού, extra urbem situm fuisse monasterium quoddam licet colligere. Accedit testimonium Hieronymi (m), qui S. Hilarionem Pelusium adiiisse, ibique fratres in deserto non procul ab urbe habitantes visitasse nar-

video (n), ex epistola libri primi septima et tricesima constat Isidorum Pelusii in ipsa urbe non habitasse (o), equidem illum hujus cœnobii incolam fuisse arbitror. Neque dubitare possumus, quin monasterium, cujus incolam fuit Isidorus, in monte situm fuerit, quoniam, ut notat Heumannus (p), Pelusiota ipse, quemdam ad vitam adhortans monasticam, quam philosophiæ nomine pro more hujus posteriorisque ævi scriptorum ecclesiasticorum ornat sæpenumero (q), Ad montem nostrum, inquit, te confer, ut animæ tuæ saluti consulas (r). — Ipse vero austero huic vivendi generi ita deditus erat, ut Joannis Baptistæ exemplum omnibus monachis imitandum proponeret (s), atque ingentes gratias et ageret et haberet Zenoni presbytero (t), quippe qui tunica ab ipso postulata effecisset, ut δύο χιτῶνας οὐκ ἔχων τὸν νόμον τοῦ Βαπτιστοῦ (u) explere posset. Et revera per omnem vitam videtur expluisse; quod æque ex illa, quam modo laudavimus, atque ex epistola ad Paulum diaconum (v) data apparet. Huic enim Simonem familiarem commendat suum, qui Ægyptum relicurus indigebat vestimento, ab eoque precatur, ut illi dono det vestem. Cujus generis dicta compluria ex Isidori epistolis

pla, quorum unum, ut lectores de hac re ipsi judicare possint, huc transcribere placet. Chrysostomus hom. 1v ad Rom. : Οὐ γὰρ. inquit. ἀπὸ τῶν νοσοῦντων, ἀλλ' ἀπὸ τῶν ὑγιαίνοντων δεῖ φέρειν τὰς ψήφους. Isidorus, ut ait Rittershusius, hoc bis imitatus est in suis epistolis, ut lib. 111, ep. 212 : — Οὐ γὰρ ἀπὸ νοσοῦντων, ἀλλ' ἀπὸ τῶν ὑγιαίνοντων χρὴ λαμβάνειν τὰς περὶ τῶν πραγμάτων ψήφους. et lib. 1v, ep. 99 : Οὐ χρὴ ταῖς τῶν νοσοῦντων ἐπεσεβαί ψήφους; ἀλλ' ἀπὸ τῆς τῶν ὑγιαίνοντων χρίσεως λαμβάνειν τὰς ἀποδείξεις. Hactenus ille. — His autem addi possunt, quæ in Isidori ad Serenum epistola exstant verba hujuscemodi : Ἀλλὰ χρὴ τοὺς ἐχέροντας, μὴ ἀπὸ τῶν ἀβρωστούντων, ἀλλ' ἀπὸ τῶν ὑγιαίνοντων λαμβάνειν τὰς ψήφους. Cf. lib. v, ep. 563; cf. præterea Rittersh. *Lect. sacr.* lib. 1v, cap. 17, p. 321; lib. v, cap. 43, p. 399; lib. vi, cap. 43, p. 461; lib. vii, cap. 7, p. 514, 515.

(a) Fabric. l. all.

(b) Heumann. diss. cit. § 5.

(c) Schroeckh. *Hist. eccl.* vol. cit. p. 522.

(d) Lib. 1, ep. 156; lib. v, ep. 32.

(e) Quo ex cognomine si efficere conaremur Isidorum Pelusii natum esse, sine dubio incideremus in errorem. Πηλουσιώται enim Pelusii sunt incolæ, sive in hac urbe, sive alibi, nati sunt. His vero monachos quoque cœnobii, in quo maximam vitæ partem degit Isidorus, ascriptos fuisse ex epistola 154 libri 1, apparet; quippe quæ scripta est Πηλουσιώται; εἰς τὸ κοινόβιον. Attamen reticere nolo hujus epistolæ titulum, Petro Possino in Collationibus Isidorianis testante, in codd. Vat. 649 et Alt. sic se habere : Πηλουσιώται; ἐν κοινῷ, a quibus recedit paululum cod. Bav. exhibens Πηλουσιώται; εἰς τὸ κοινόβιον.

(f) Leont. Byzant. in libris adversus Nestorium et Eutychen. Cf. Bibl. PP. ed. Lugdun. 1677, tom. IX, p. 706 D.

(g) Lib. 1, ep. 402.

(h) Cui sententiæ favet auctor libri, qui inscribitur : *Allgemeines historisches Lexicon*. Scribit enim illa : *Isidorus, Pelusiota zugenahmet, weil er nahe*

*bey der Stadt Pelusium in einer Einöde lebte.*

(i) Lib. 1, ep. 93.

(j) Lib. 1, ep. 191.

(k) Lib. 1, ep. 266.

(l) Petri Possini Collat. Isidor.

(m) Hieron. Opp. Vol. 1, p. 252, ex edit. Paris. 1643, ubi hæc exstant : Quinto igitur die venit Pelusium, visitatisque fratribus, qui in vicina eremo erant, et in loco, qui dicitur Lynchos morabantur, perrexit post triduum.

(n) Tillemont. l. c. p. 100.

(o) In illa enim epistola ita agitur de ecclesiæ ædificatione, quam Eusebius Pelusii illo tempore episcopus suscepit, ut facili opera unusquisque intelligere possit Isidorum non fuisse urbis incolam. Scribit enim ad illum : Κτιζεις, ὡς φασιν, ἐκκλησίαν ἐν Πηλουσιῳ. —

(p) Heum. d. t. p. 4, not. hh.

(q) Heum. d. c. p. 7, not. r. — Jam a Dufresnio in Glossario Græcitatibus medicæ observatum est, vitæ tam monachicam ab Isidoro nostro lib. 1, ep. 1<sup>a</sup> appellari φιλοσοφίαν — (addi potest lib. 11, ep. 159.); — quem loquendi usum Sozomenum quoque secutum esse, idem pluribus probat exemplis. — Consentit cum eo Suicerus, qui in *Thesuro ecclesiastico* φιλοσοφία vocem apud scriptores ecclesiasticos designare contendit : vitæ sanctæ studium, præsertim vitam austeram, qualis olim monachorum fuerit et ascetarum.

(r) Consentunt Nicephorus — *Hist. eccl.* l. xiv, cap. 53, — et Galesinius, qui Isidorum in montem sese abdidisse tradunt. Cf. Acta Sancti. Febr., Vol. 1, p. 468, § 1, n. 3. — Errat autem Arnoldus, qui in sua *Ecclesiæ hæresiumque historia*, montem, in quo Isidori ædificatum fuit monasterium, appellat Pelusium, sic vol. 1, lib. v, cap. 3, § 16, scribens : *In Afrika war Isidorus den Mönchen auf dem Berge Pelusio vorgesetzt.*

(s) Lib. 1, ep. 5.

(t) Lib. 1, ep. 216.

(u) Evang. Lucæ, iv, 11.

(v) Lib. 1, ep. 475.

facillime possim colligere; sed rem paucis absolvisse satius duco; itaque Evagrii (a) utar verbis, qui usque adeo, inquit, corpus suum laboribus maceraverat (Isidorus), et animum sublimioribus doctrinis saginaverat, ut angelicam vitam ageret, et spirans quaedam imago esset tam vitæ monasticæ, quam divinæ contemplationis. —

Neque solum propter vitæ sancitatem, verum etiam propter doctrinæ copiam ab æqualibus honoratus est, magnique æstimatus. Etenim Gregorium Nysseum litteras ipsi misisse ex eoque quamdam Veteris Testamenti interpretationem quæsisisse Tillemontius (b) ex epistola, quæ data est ad Gregorium episcopum (c), collegit. Quod etiamsi luculenter demonstrari nequit, tamen cur negetur causam non video; præsertim cum qui maximam in Ecclesia habuere auctoritatem, velut Theophilus, Cyrillus, Hermogenes alique cum eo per litteras collocti sint (d). Constat adeo Cyrillum honorifico patris nomine Isidorum ornasse (e). Quid, quod ex epistola ad Zenonem, quam alia occasione jam attulimus, familiares ejus eo, quo adhuc inter vivos fuit tempore, res, quibus usus erat, habuisse sacrosanctas probari potest (f). — Quæ omnia, ut æquidem arbitrator, perpendens Ephræmus Syrus (g), Περιελεπτος, ait, factus est, καὶ τοῖς ἀρχιερεῦσιν αἰδέσιμος. Quæ verba Schottus quidem, uti jam a Basnagio notatum est (h), perperam sic vertit: et inter præsules illustris, quasi unus episcoporum de grege fuisset Isidorus. Sic, inquit ille, Græca reddi debent: et episcopis venerandus. — Episcopali igitur dignitate (i) non ornatus fuit; attamen eum munere quodam illustri functum fuisse, et ipsius epistolis et veterum scriptorum testimoniis in promptu est ostendere. Ex illis enim apparet eum monachorum gregi non fuisse ascriptum. Nam in epistola ad Therasium (j),

(a) Evagrii verba, — cf. ejusd. *Hist. ecol.* lib. 1, cap. 15, — transcripsisse videtur Nicephorus. Scribit enim in *Hist. sua ecol.* lib. xiv, cap. 53, hæc: Ὁ μὲν οὖν θεός Ἰσιδωρος, ἐξ ἑτι νέου τοῖς ἀκηκοῦσι οὕτω πόνους ἐνδύρωσε, καὶ τὴν σάρκα κατήχησε, τὴν ψυχὴν τοῖς ἀναγωγικοῖς πιάνας τῶν λόγων, ὡς ἀγγελοῦ ἀντικυρὸς μεταλθεῖν βλον· καὶ στήλην ζωῶσαν τε καὶ ἐμψυχὸν τῆς τε μοναστικῆς διαίτης καὶ τῆς εἰς θεὸν θεωρίας. Cf. Tillem. l. c. p. 98.

(b) Tillem. l. 1, p. 97.

(c) Lib. 1, ep. 125.

(d) Lib. 1, ep. 310, ep. 323; lib. 11, ep. 208, ep. 209, ep. 210, ep. 218. — Ex aliis ejusdem viri litteris videmus Cyrillum, Hermogenem aliosque rescripsisse. Cf. lib. 1, ep. 570, lib. 11, ep. 159, ep. 262, etc. —

(e) Lib. 1, ep. 570. — εἶτε γὰρ πατὴρ εἰμι, ὡς Ἰφης — Cod. Bav. ὡς φῆς — αὐτὸς, δέδρα τ. Ἥλ. — Idem tradit Facundus, qui in *Defensione trium Capitulorum*, Isidorus, inquit, — qui etiam pro vitæ ac sapientiæ suæ meritis, ut pater ab ipso Cyrillo et honoratus est, et vocatus. — Cf. Max. *Bibl. VV. PP.* tom. X, p. 18.

(f) Lib. 1, ep. 216, — εἰ δὲ καὶ τοῦτο (sc. χιτῶνα) — Ritt. τοῦτων. Cod. Bav. τοῦτο — μέλλοις — Cod. Alt. μέλλεις — ὡς τὰ τῶν — Sic codd. Vat. 649, et Alt. vulgo τινῶν — ἀγίων τηρεῖν, ἐμὲ μὲν εἰς ἀπόγνωσιν ὠθήσεις — Cod. Alt. ὠθήσας — Ἐλεγγον ἐμυζῶν — Sic codd. Vat. 549, et Alt. vulg. ἐμυζῶν —

A Si imperator, inquit, te oppido ab hostibus summa vi oppugnato præfécisset, nonne tu hostium impetum omni modo reprimere tentares? Sic ego a summo Deo Ecclesiæ præceptor constitutus Ario ejusque doctrinæ resistendum et periculum quoddam contemnendum esse arbitror. — Porro Heroni (k) scholastico scribit, famulum ejus nuper a janitore ad se ductum, et humano, quo soleret, more exceptum multis cum lacrymis genibusque flexis, suum confessum esse peccatum; quamobrem se non posse, quin hisce litteris pro eo preces faciat. — Quibuscum conferendæ sunt litteræ ad Lucam Archimandritam (l), cui monachum ex ejus monasterio in suum venisse nuntiat, illumque supplicem a se petivisse, ut verba pro se, qui leve quoddam commisisset peccatum, faceret. Quapropter, ita enim pergit, si in peccandi consuetudinem nondum venit, ignoscas ei. — Apparet autem ex utraque epistola, qui precibus Isidori monasterium adirent, eos ad hunc esse adductos. Nam si quis conjicere velit Heronem et Lucam habuisse cum Isidoro amicitiam, quod, cum scivissent fugitivi illi, a janitore, ut ad Isidorum adducerentur petivissent; hic jure in suspicionem nimium dubitantis incurreret, præsertim cum huic hypothese obstent verba in epistola ad Heronem: Ὡς δὲ ἐτοίμη ἡ ἡμετέρα συνήθεια πάντας οἰκοὶ προσεῖσθαι, κ. τ. λ.

Quæ omnia si tibi non persuaserunt Isidorum aliquo functum fuisse munere, legas quas scripsit ille ad Lampetium, ad Pelusii monachos et ad Didymum presbyterum epistolas. Quibus perlectis de hac re diutius in dubio non versaberis. Lampetio enim neminem, qui in suo sit monasterio, cum eo si Manis et Marcionis morem sequatur cibum esse sumpturum, annuntiat (m). — Monachos vero, de quibus multi multa questii fuerunt reprehendit,

τὴν συνελθῆσιν ἔχοντα· πάλιν δὲ πύμφας, πάλιν αἰτήσεις· ἡμεῖς δὲ οὐ δώσομεν. —

Præterea notandum est Isidorum Pelusiotam a Græca et Latina Ecclesia inter sanctos relatam, neque ab Usuaro in *sanctorum Catalogo* omissum esse. — Scripta vero, quæ huc pertinent, accurate collecta sunt in *Actis Sanctorum* mens. Febr., p. 468.

(g) Photii *Bibl. cod.* CCXXXVIII.

D (h) Basnag. *Ann. polit. eccl.*, tom. III, p. 319. — Heumann. d. c., p. 3, not. c. —

(i) In catalogo librorum impressorum Bibliothecæ regie Parisiensis, p. 1. C. n. 929, pag. 393, exstat libri titulus, ex quo, auctorem putasse, Isidorum nostrum Pelusii fuisse episcopum, consequitur. Est autem hic: *Le combat des chrétiens, ou la guerre du vice et de la vertu*, traduit du Latin de S. Isidore Archevêque de Séville, et la Vie du même Saint — avec les lettres de S. Isidore évêque de Daniète, traduites en français. Paris, 1676, in 12. Ipsum autem librum inspiciendi decrat occasio. —

(j) Lib. 1, ep. 389.

(k) Lib. 1, ep. 142.

(l) Lib. 1, ep. 518.

(m) Lib. 1, ep. 52. Græca, quæ huc pertinent verba, hæc sunt: — εἰ δὲ τῆς βδελυκτῆς — Cod. Alt. βδελυκτῆς — Μανιχαίου καὶ Μαρκίωνος τυγχάνεις μερίδος, οὐδεὶς σοι τῆς ἡμετέρας συστήσεται μάχης — Profecto autem pro συστήσεται vel συσ-



liaque declarat se eos hortari velle quotidie (a). — A non dubitarem, nisi Lupus veterem istum, quem Denique Didymo in epistola ad hunc data promittit se, si quæ homines quidam ad se de eo detulissent falsa invenirentur, hos ad necessitatem ipsi satisfaciendi adacturum, et non obedientes a coetu esse amoturum (b). —

Inquirentibus autem nobis paulo accuratius quodnam munus sustinuerit, examinanda sunt veterum scriptorum de hac re testimonia, quibus, ut equidem arbitror, Isidorum monasterii sui fuisse præfectum plane probari potest. Nam etsi auctoritatem Nicephori, una cum Heumanno (c), præsertim cum illius verba dubiam habeant interpretationem (d), parvi facimus, tamen nostra stat sententia. Namque (e) Sirmondus anonymi refert verba e vetere manuscripto deprompta, quæ sic se habent: *Has omnes beati Isidori presbyteri et abbatis Pelusiotæ recensui et transtuli ex epistolis ejus duobus millibus, quæ sunt per quingentas distributæ in Acæmetensis monasterii codicibus vetustissimis quatuor.* Quæ paucis mutatis et additis verbotenus reperiuntur in variorum Patrum epistolis a Christiano Lupo primum editis (f), in quibus hæc exstant Irenæi Tyriorum metropolitæ verba: *Has omnes beati Isidori, presbyteri et abbatis Pelusiotæ excerpti et transtuli ex epistolis ejus duobus millibus, quæ sunt per quingentas distributæ in Acæmetensis monasterii codicibus quatuor. Ubi etiam per ordinem singularum numerus continetur. Et ultima est, quam ego quoque ultimam posui. Deo gratias.* Quæ Irenæi verba ex ejusdem tragœdia (g) repetita, una cum illis epistolis in Latinam linguam transtulit auctor anonymus. Quare Sirmondum memoria lapsum Irenæi verba tribuisse anonymo eorum interpreti statuere

σπίσεται (fors. συσαιτήσεται) auctoritate cœdicis Bav., vel σύσαιτος ἔσται, quod exhibent codd. Vat. 649, et Alt. scribendum est.

(a) Lib. 1, ep. 154. Πολλὰς ἐνηχοῦμενοι περὶ ὁμῶν καταβολῆσις, πολλὰς ὁμῶν ἀπαντλοῦμεν καθ' ἡμέραν τὰς παρακλήσεις. Cæterum hæc epistola, ut equidem arbitror, ab Isidoro in itinere scripta est. Etenim eum itinera interdum suscepisse constat ex libri v epistola 256. — Heumannus contra d. c., p. 5, not. i, illam ante conscriptam esse censet, quam Isidorus in monasterium sese contulerit; quam vero sententiam, qui attento animo illam perlegerit, rejicit sine dubio.

(b) Lib. 11, ep. 182. — Εἰ δὲ ψευδῆ, μήνυς, ἴν' εἰς ἀπολογίας ἀνάγκην τοὺς καταμηνύσαντας περιστήρωμεν, καὶ ἀπολογουμένους μὲν δεξιόμεθα· τοῦτο δὲ μὴ ποιοῦντας, τῆς ἑαυτῶν συνουσίας ἐξοστρακίσωμεν.

(c) Heum. d. c. p. 5, p. 6.

(d) Niceph. *Hist. eccl.* lib. xiv, cap. 53. — Ἰσίδωρος — ὁ τοῦ Πηλουσιῶν θρους καθηγησάμενος, quibus verbis, etsi negari nequit cœnobiorum præfectus κατ' ἐξοχὴν appellatus esse καθηγουμένους, tamen hæc inesse potest sententia: Isidorus monachorum præceptor. Cf. *Acta Sancti Febr.*, tom. I, p. 468, § 1, n. 7.

(e) Sirmondus ad Facundi *trium. cap. Defens.* lib. 11, cap. 4. Opp. vol. II, p. 458.

(f) Var. patr. epp. ex MS. Cassinensis Bibliothecæ desumptæ, per Christianum Lupum Ipremsen. Lovanii 1682. — Cap. 6, p. 22.

(g) Scripsit autem, ut notat Lupus in *notis ad*

Sirmondus laudat, manuscriptum, ab eo, quo ipse usus sit, diversum esse affirmaret. Etenim, inquit, latina translatio non est concepta iisdem verbis. Et præsens noster codex non adducit omnes, sed solummodo quasdam ad Nestorii negotia spectantes S. Isidori epistolas. Et nostri codicis scholion est largius. — Ut hæc sint, id certum est, Irenæum, Isidori æqualem, hunc abbatem appellasse. Hujus auctoritate omnes fere qui hanc rem tegerunt viri docti, velut Sirmondus (h), Sixtus Senensis (i), Lupus (j), Pagius (k), Basnagius (l), Tillemontius (m), Ceillierius (n), Graveson (o), Heinsius (p), Arnoldus (q), Saxius (r), Weismannus (s), et Rosenmullerus (t) Isidorum monasterii sui præfectum fuisse arbitrantur. Contra quos omnes surgit Heumannus (u), qui cum Isidorus ipse in epistola libri primi centesima quinquagesima monasterii sui præfectum a se diversum commemoret, hunc abbatem fuisse negat. At id quidem nihil probat. Nam nisi ad Schrœckhii (v) conjecturam, qui Isidorum monachorum adeo consuetudinem fugisse interdum, seque in solitudinem contulisse opinatur, velis confugere, eum hanc epistolam aut nondum in monachorum societatem receptum, aut iter facientem scripsisse monachis, licet existimare. Neque alterum, quod protulit, Heumannus (x) sententiæ suæ confirmandæ causa argumentum, magni momenti est. Offenditur enim ille eo, quod Stephanus Gobarus, Ephræmus, Facundus et Evagrius omnes Isidorum summis laudibus cumulantes de hoc ejus munere ne verbum dixerint. — Sed hi omnes, excepto Facundo (y) non magis Pelusiotam ad presbyteri gradum evectum esse, tradiderunt; neque tamen hoc

variorum Patrum epistolas p. 16, Irenæus comes, aut potius episcopus, Ephesini concilii juratus hostis et tam doctrinæ, quam ipsius Nestorii acerrimus defensor, de synodo Ephesina libellum, cui tragœdiæ nomen imposuit. Fuit, ut pergit Lupus, opus divisum in plures libros, quorum unus erat de historia, qui plurima continebat, epistolas, synodos, sacras principum jussiones, aliaque istiusmodi.

(h) Sirmondus Opp. vol. 11, p. 458.

(i) Sixt. Senens. *Bibl. sancti.* lib. 1v,

(j) Lupus in not. ad var. PP. epp. p. 20.

(k) Pagius crit. in *Annal.* Baron. tom. I., p. 433.

(l) Basnag. *Ann. pol. eccl.*, tom. III., p. 319.

(m) Tillem. l. c., p. 101.

(n) Ceillier. *Histoire générale des auteurs sacrés*, tom. XIII, p. 600.

(o) *Historia ecclesiastica variis colloquiis digesta* auctore Frederico Ignatio Hyacintho Amat de Graveson. tom. II, p. 41.

(p) Heins. *Hist. eccl.*, p. 922.

(q) Arnold. *Hist. eccl. et hæres.*, tom. I, lib. vi, cap. 3, § 16.

(r) Saxius *Onomast.* p. 1. p. 497.

(s) Weismann. *Hist. eccl.*, p. 470.

(t) Rosenm. *Hist. interpr. libr. sacr.*, p. 1v, p. 180.

(u) Heumann. d. c. p. 6, not. 11.

(v) Schrœckh. *Hist. eccl.*, vol. cit., p. 524.

(x) Heum. d. c., p. 6.

(y) Facundi *Def. trium capit.*, lib. 11, cap. 4, in *max. Bibl. VV. PP.*, tom. X, p. 18. — Cf. portæ Suidas l. v. Ἰσίδωρος.

negat Heumannus. — Cujus vero Ecclesiae presbyter fuerit (a) et a quonam hanc receperit dignitatem episcopo (b), frustra quaeritur, neque scire multum interest. —

Suo autem officio summa cum diligentia satisfacit. Doctrinam enim, quam unice veram putavit, contra paganos Judaeos et haereticos, uti secundo partis tertiae capite demonstrabitur, alacri animo defendit. Sed in hac re sibi non acquiescendum esse opinatus, homines cujusvis aetatis et ordinis, milites, medicos, monachos, presbyteros et episcopos aut epistolis, aut, si fieri potuit, praesens sermone docuit. Illud videbit qui ejus epistolas vel negligenter tractat; hoc ex litteris ad Palladium datis, quem inter discipulos olim insignem fuisse testatur (c); et ex epistola Strategio monacho scripta licet colligere, cui se adjuvante Deo mox ad eum venturum esse nuntiavit (d). — Praeterea fervore, qui justissimum quemque decet, sic accensus est, ut eos, qui vitia ponunt, laudando et admonendo corroboraret, injustos vero et impios gravissimis verbis reprehenderet. Sed inter hos magnae auctoritatis viri, velut Eusebii Pelusii episcopus, Zosimus presbyter alique aegre ferentes, quod Isidorus eos acriter vituperare auderet, hunc summopere videntur insecuti. Quod ipse Lampetio episcopo (e) scribit; et Paulo, se propterea, quod in pravorum hominum mores invectus sit, multa perpessum esse affirmat; summoque Deo agit gratias quod ipsi, ut pro eo patiatur, concesserit. Nam quemadmodum apostoli, ut scribit ad Apollonium (f), incredibili animi vigore praediti, atque divino auxilio sustentati cujusvis generis pericula ob Christi gloriam constanter perpessi sunt, sic nos quoque, si pietatis nostrae (g) causa multis afflicimur injuriis malisque, animum despondere non decet. — Et in epistola ad

A Theodosium presbyterum (h), se ad injurias et contumelias quieto et aequo animo perferendas semper paratum esse declarat; id autem se nondum assuetum esse mereret, quod cuiusvis maximo sit honori, gratias scilicet injurias inferenti agere et habere, precesque pro adversariorum salute ex animi sententia ad Deum mittere.

Sed quas Isidorus perpessus est vexationes commemoranti mihi illud non praetereundum est, quod tradidit anonymus Vitae Chrysostomi auctor (i), qui causam, cur Theophilus Alexandrinus S. Joanni Chrysostomo summopere iratus fuerit, explicatur hujusmodi nobis tradidit narrationem: — « Theophilus in certamen venit cum Isidoro Pelusiotam (j), viro pio, quem magnus Athanasius ordinaverat, nec non cum Dioscuro, Ammonio, Eusebio et Euthymio, quibus antea familiariter usus erat. Nam cum illi impiis suis praecipis parere et obedire nollent, quinque pravos et tenui auctoritate homines donis corrumpit, illosque Origenianismi accusatos et a dicta causa damnatos a muneribus amovet atque exsecratur. Hi primum ad Silbanum episcopum, deinde ad Chrysostomum confugiunt, ab eoque benigne recipiuntur. » Quae cum ab auctore illo multis verbis tradita sint, ego quoque pluribus naravissem, nisi ea omnia Isidoro ei de quo nos agimus non accidisse luculenter demonstrari posset. Nam etsi ex Stephano Gobaro, de quo Photius (k) egit, scimus Severum quoque Isidoro quamdam cum Origene consensionem affinxisse, tamen inde non efficitur Pelusiotam hanc ipsam ob rem vexationes esse perpessum; quin potius ex iis quae addit Stephanus contrarium licet colligere. Quare Severi testimonio illius traditionis veritas nequit probari, contra quam et Isidorus ipse in epistola ad Symmachum data (l), omniumque, qui de eo scripsere,

(a) Auctor libri: *Abrégé de l'histoire ecclésiastique*. Cologne 1752. Isidorum monasterii sui presbyterum fuisse suspicatur.

(b) Tillemontius l. c., p. 401 art. 3. Isidorum presbyteri dignitatem ab Eusebio Pelusii episcopo, in quem multis in epistolis tam acriter invectus sit, recepisse, non verosimile esse putat; neque tamen constare dicit Ammonium Eusebii antecessorem illi hoc munus mandasse.

(c) Lib. v, op. 93.

(d) Lib. v, ep. 216.

(e) Lib. II, ep. 122, ubi ad finem sic loquitur: — Εἰ μὲν γὰρ ἦν τι ἐκ τοῦ παρρησιασασθαι κέρους, οὐδὲν ἂν παρεγώρησα, καίτοι διὰ τοῦτο πολλάκις ἐπιβουλεύθει· ἀλλ' ἐπειδὴ σιγῆς ὁ καιρὸς, ἀναμεινωμέν — cod. Alt. ἀναβαίνωμεν — τὴν κριτήν.

(f) Lib. v, ep. 151, p. 592, lit. C lin. 5: — Ταῦτα δὲ γράφω, οὐχ ὡς δειδώς τι παθεῖν ἐνταῦθα· πολλά γὰρ τοῦτου ἔβρακα, ὡς οἶσθα, πέπονθα· καὶ εἶπον τῷ κατεσκευάσαντι: Ἐστεφάνωσας οὐχ ἐκῶν· κάμω γὰρ ἔχαριστο ὁ θεὸς αὐτόν μόνον τὸ εἶ; αὐτὸν πιστεύειν, ἀλλὰ καὶ τὸ ὑπὲρ αὐτοῦ πάσχειν.

(g) Lib. II, ep. 54: — Οὕτω καὶ ἡμεῖς ὅταν μὴ δι' οἰκείαν ἀκαθόνητα, ἀλλὰ διὰ τὴν εὐσέβειαν καὶ τὴν δικαιοσύνην — cod. Val. 619. Alt. ἀλλ' ἢ διὰ τὴν εὐσέβειαν, ἢ τὴν δικαιοσύνην — πάσχωμεν, φλύειν οὐκ ὀφείλομεν.

(h) Lib. v, ep. 598.

(i) Hujus libelli, ut scribit Savilius in sua Chrysostomi operum editione, tom. VIII, p. 964., unicum invenimus exemplar in bibliotheca Cæs. Vindob. transcriptum ex codice vetustissimo Michaelis Sophanii opera Sambuci, anno 1557, Patavii. De auctore nihil habeo certi quod dicam nisi eum Constantino Porphyrogenneta imperatore, h. e. anno Domini 950, posteriorum fuisse, ut ex praefixo auctorum indice statim patet. Multa certe habet communia cum Metaphraste, non dico in re ipsa et argumento operis (hoc enim necesse est, cum utriusque eadem subjecta sit materia), sed etiam in verbis. Auctor certe quisquis est, non aspernandus, Metaphraste uberior et copiosior, Georgio γραμματικώτερος.

(j) Cf. opp. Chrysost. ex ed. Savilii tom. VIII, p. 344, ubi haec exstant: Τούτω τόνων τῷ θεοφιλεῖ διαφορά τις συμβέβηκε πρὸς τε τὸν Πηλουσιότην Ἰσίδωρον, ἄνδρα ὅσιον, καὶ ὑπὸ Ἀθανασίου τοῦ μεγάλου τῆς ἱερατικῆς ἡξιομένον τιμῆς, κ. τ. λ.

(k) Phot. *Bibl. codd.* ccxxxii: Ὅτι Σεβήρος τὸν ἐν ἁγίοις Ἰσίδωρον μέμψασθαι μὲν ὀρμηθεῖς, οὐκ ἔχων δὲ ὄθεν, φήμην αὐτῷ περιπλάττει Ἀριγενεανισμοῦ· εἰ καὶ ταύτην αὐτὸς πάλιν ἀποσκευάζεται δι' ἑαυτοῦ ὑπὸ τῆς ἀληθείας νικώμενος.

(l) Lib. I, ep. 152. — Θεόφιλος — τὸν θεοφιλεῖ καὶ θεολόγον κατεπολέμησεν ἄνθρωπον, τὴν περὶ τὸν ἔμολ ὁμῶνυμον ἀπέχθειαν — ὀρμητήριον, κ. τ. λ.

auctorum pugnat silentium (a). Cæterum bene explicari potest, qui factum sit ut auctor ille anonymus Isidorum a Theophilo fugatum et a Chrysostomo benigne receptum fuisse Pelusiotam crediderit. Habuit enim compertum hujus nominis virum fuisse inter eos, qui Theophili iram fugientes, Ægyptum relinquerent; cumque Pelusiotam S. Joannis defensorem fuisse bene sciret, nihil verosimilius mihi quidem videtur, quam quod ille inde conjecerit, hæc omnia Isidoro accidisse Pelusiotæ.

His, quantum fieri potuit, brevissime expositis, restat tantum ut de anno, quo Isidorus mortuus sit sententiam nostram feramus. Refert autem Evagrius (b) eum regnante Theodosio juniore floruisse; neque hoc addubitare licet. Ipse enim, antequam synodum ab imperatore illo anno 451, convocatam B adiret Cyrillus, huic turbulenti et arrogantis ingenii viro, acerrimo Constantinopolitani antistitis inimico misit epistolam (c), in qua eum admonet, cum omnes homines de rebus dubiis consultantibus odio et ira vacuos esse deceat, cumque animus, ubi illa officiant, haud facile verum provideat, ne nimio Nestorii odio intentus violentam contra eum ferat sententiam; precaturque ut integris et incorruptis iudiciis rem permittat. — Eodem, ni fallor, tempore scripta est ad Theodosium imperatorem epistola (d) de securitate synodo præstanda; etsi qui Isidorum, cum Eutychis doctrina in Ægypto propagata esset, etiam tum vixisse statuunt, hanc ad Ephesinum concilium anno 449 habitum referre possunt (e). Sed quoniam Isidorus injusta episcoporum Eutychis ejusque doctrinæ faventium decreta, atque crudellem hæc exsequendi rationem in epistolis ne tetigerit quidem, iidem viri docti, velut Tillemontius (f) et Ceillierius (g), quos Fabricius (h), Hambergerus (i) Schroeckhiius (j) et Rosenmullerus (k) sequuntur,

(a) Cf. Savilius l. c. p. 967.

(b) Evagr. lib. 1, cap. 15. Theodosio, inquit, imperatore regnante, magno in honore fuit Isidorus Pelusiotæ, cujus gloria ob illius tum facta tum dicta longe lateque pervagata est, omniumque sermone celebrata.

(c) Lib. 1, ep. 310, quæ sic incipit: Προσπάθεια μὲν οὐκ ἐξυδορῶσι, ἀντιπάθεια δὲ ὄλως οὐχ ὀρθῶς εἰ τοίνυν, κ. τ. λ. —

(d) Lib. 1, ep. 311.

(e) Tillem. l. c., p. 417.

(f) Tillem. l. c. sic de hac re loquitur: S'il est vray que saint Isidore ait vu, comme nous avons cru, l'Égypte infectée de l'eutychnisme, il y a apparence qu'il n'est pas mort avant le 4 de février de l'an 449, ou même 450, puisque l'hérésie ne pouvait pas avoir encore fait un grand progrès en si peu de temps, et que Hermogène à qui S. Isidore se plaint que l'Égypte embrassait l'hérésie était mort quelque temps avant lui, autant qu'on peut juger par quelques-unes de ses lettres.

(g) Ceillier Hist. Aut. Sacr. tom. XIII. p. 603, n. 7. — Mais il y a tout lieu de croire qu'il ne vécut point au delà du mois de mars de l'an 449, n'y ayant rien dans ses lettres, qui ait rapport au faux concile d'Éphèse. —

(h) Fabricius Bibl. gr. lib. v, p. 5, cap. 34, § 3, vol. IX. p. 255.

(i) Hambergerus in libro, qui inscribitur: Kurze

A eum ante mortuum esse censeat, quam episcopi in urbe Ephesiorum congregati sint, aut ipsi præavorum decreta innoverint.

Attamen equidem diffiteri neque volo nec possum testimonia, quibus viri illi, ut sententiam probarent suam, usi sunt, mihi persuadere non potuisse, Isidorum eo quo Eutychis hæresis invaserit Ægyptum tempore nondum fuisse mortuum. Hic enim si etiam tum inter vivos fuisset, distinctis certe verbis et graviter, ut in Marcionis, Manis aliorumque doctrinam invehitur sæpenumero, contra Eutychen ejusque dogmata dixisset. Quod non factum esse epistolarum, quas Tillemontius et Ceillierius attulerunt, argumento accurate a nobis exposito, unusquisque fateatur necesse est.

B Uterque testificatur eam, quam Isidorus Hermogeni (l) episcopo scripsit epistolam, in qua hæc exstant ejusdem verba: « Ægyptus rursus Pharaonis imperium exercet, non illa quidem Jacobi filii accolis urbium extruendarum labores imperans, sed a fortissimo quoque hæresium exigens tributum. Videte igitur ne quis vos seducat, verum velut firmum fundamentum consistite. Deus enim, cum humanam indueret formam, neque mutationem, neque commisionem passus est, nec partitionem ullam; sed unus est Filius, qui et caret origine et sempiternus est et ante carnis semina et post ea sic a nobis adoratus. » — Tum ab iisdem scriptoribus affertur Pelusiotæ ad Constantinum quemdam epistola (m), qua hic vituperatur in hunc modum: — « At tu eos, qui divinum numen pie ac sancte colunt, furiose insectaris, confusionem quamdam et permisionem ac Dei Verbi in carnem conversionem docens, aut divinam naturam in carnem et ossa commutans, aut carnis veritatem rejiciens. » — Deinde Tillemontius epistolam ad Timotheum lectorem (n)

*Nachrichten von den vornehmsten Schriftstellern vor dem 16ten Jahrhundert.* p. 889.

(j) Schroeckh. l. c. p. 522.

(k) Rosenm., *Hist. interpr. Libr. Sacr.* par. IV, p. 181.

(l) Lib. 1, ep. 419: Ἀἴγυπτος πάλιν Φαραωνίζεται, οὐκέτι μὲν τοῖς παροικοῦσιν υἱοῖς τοῦ Ἰακώβ πόνους ἐπιτάττουσα πόλεων, ἀλλὰ πάντας τοὺς ἔθνη μόνους φόρους ἀπαιτοῦσα ἀπρέσων. Βλέπετε μή τις ὑμᾶς πλανήσῃ, ἀλλ' ὡς στερεὸς — cod. Bav. addit ὁ — θεμέλιος στήκετε. — Cod. Bav. σηκῆτω. — Ὁ Θεὸς γὰρ ἐνανθρωπήσας οὐ τέτραπται, οὔτε συγκέχυται, οὔτε διήρηται; ἀλλ' εἰς ἓστιν ἀναρχος καὶ ἀίδιος Ἰῆς, καὶ πρὸ σαρκώσεως, καὶ μετὰ σαρκώσιν οὕτω παρ' ἡμῶν προσκυνοῦμενος.

(m) Lib. 1, ep. 496. Inscriptur quidem hæc epistola ita in editione Paris. Κωνσταντῖνῳ; sed Chatardus et Ritterhusius recte excudi curaverunt Κωνσταντῖνῳ; cui scripturæ codd. Vat. 649, et Alt. favent. Verba Græca quæ huc spectant, sunt: — Σὺ δὲ τοὺς τὸ Θεῖον εὐσεβῶς προσβεύοντας διώκεις ἐμμανῶς, σύγχυσίν τινα καὶ ἀνάκρισιν καὶ τροπὴν τὴν εἰς σάρκα τοῦ Θεοῦ Λόγου κατηγῶν, ἢ ἄλλοιων τὴν θείαν φύσιν εἰς σάρκα καὶ ὀστῆα, ἢ τὴν ἀλήθειαν τῆς σαρκὸς ἀθεσιῶν.

(n) Lib. 1, ep. 402: Πάση τοίνυν φυλακῇ τῆρει — cod. Bav. φυλακῆ τοίνυν τῆρει — τὴν σὴν καρδίαν μῆπως μίαν Χριστοῦ — sic auctoritate cod. Vat. 649, et Alt. scribendum censeo. Cod. Bav. μήπου

seae sententiae favere arbitratur; in qua de duabus A in Christo naturis sic loquitur Isidorus: « Quare vide ne unam tantum post incarnationem in Christo naturam accipias. Alterutram enim tollit, qui unam tantum constitetur, divina scilicet mutata, vel nostra imminuta. » — Idem quarto loco profert epistolam (a) ad Cyrillum, ad quem scribit Isidorus: « Quod vero summus omnium rerum Dominus homo vere factus est, neque ab eo, quod erat, demigrans, neque id, quod non erat, assumens, ex duabus naturis unus Filius existens, ortus ac finis expers, recens et sempiternus, ne ipse quidem inficius feris. » — Denique ab eodem laudatur Isidori ad Theodosium diaconum litterae, in quibus haec scripta inveniuntur: « Nam etsi Dei Filius carnem assumpsit, Christus tamen non merus homo factus est; quin potius cum humanum indueret corpus, unus exstitit in duabus naturis Dei Filius (b). » -

Isidorum in his modo a me allatis contra eo dixisse, qui vel duarum naturarum in Christo confusionem et quasi misionem staterent, vel unam tantum agnoscerent Jesu Christi naturam, nemo non videt. Deinde unusquisque concedet Tillemontio aliiusque ejus opinioni faventibus, eum sic de his rebus locutum esse, ut qui haeresin Eutythianam refellere velit, illius dictis optume uti possit (c); neque tamen inde consequitur Isidorum de Eutythianae doctrina in illis egisse epistolis. Etenim Eutythies novam non protulit doctrinam, sed ante eum multi et haeretici et orthodoxi, si non eadem, at certe similia C proposuerunt dogmata (d). Quare Pelusiotam de Eutythianismo ante Eutythen locutum esse existimo. Nam etsi quod supra jam commemoravimus, scilicet hujus haeretici mentionem in epistolis nunquam factam esse, minoris momenti esse, lubenter fateor, tamen cum aliud, quod paucis explicandum est, accedat argumentum, meam teneo sententiam. — Eutythies valde jam senex, ut ait Moshemius in *Historia sua ecclesiastica* (e), quo Nestorium, cui vehementer infensus erat, tanto fortius reprimeret, anno 448 docebat: unam tantum esse in Christo naturam Verbi vere incarnatam (f). Una autem ex epistolis, quas attulit Tille-

montius, data est ad Cyrillum Alexandrinum qui anno 444 diem supremum obiit. Ergo haec in epistola Isidorus de Eutythianae doctrina loqui non potuit. Exposuit autem in illa sententiam suam de duabus in Christo naturis eodem modo atque in reliquis quas ille laudavit. Quare equidem nullam causam video, cur has omnes seriore tempore scriptas esse statuendum sit.

Sed in his nobis non acquiescendum est, verum videndum, num paulo accuratius quo tempore Isidorus hasce scripserit epistolas definire possimus. Scripsit autem, ni fallor, eas omnes eo, quo Orientales episcopi cum Cyrillo de Nestorii condemnatione atque de duabus in Christo naturis certarunt, tempore. Joannes enim Antiochenus, cujus magna erat apud Orientis episcopos auctoritas, Cyrilli contra Nestorium anathemata Appollinaris doctrinam redolere arbitratus, simul cum Theodoro Cyrensi et Andrea Samosateno, qui jam ante concilium Ephesinum contra episcopum Alexandrinum scripserant, hunc duarum in Christo naturarum misionem et confusionem docuisse arguebant. Quod etsi ille omni studio a se amoliri conatus Eunomii et Apollinaris doctrinam falsam aperte declaravit, Isidorumque non ab Orientalium partibus stetitisse constat, tamen Pelusiotam, quam quarto loco posuimus epistolam eo consilio Cyrillo videtur misisse ut ei nimis incaute unam in Christo naturam, Verbi scilicet incarnatam, docenti rectam veramque de duabus in Christo naturis doctrinam in animum revocaret. — Eodem tempore eam, quam altero tetigimus loco, epistolam, eodemque omnes reliquas a nobis commemoratas, exceptis illis ad Hermogenem litteris, scriptas esse censeo. Haec autem, neinpe epistola Hermogeni scripta, tum demum confecta est, ubi Cyrillus in gratiam cum episcopis Orientalibus anno 434 redierat. Quamobrem non dubito quin Isidorus scribens, Aegyptum a fortissimo quoque haeresium exigere tributam, de Cyrillo, qui hucusque strenuissimus fuerat verae fidei defensor, egerit. Stetit enim Isidorus a partibus eorum (g), qui episcopum Alexandrinum propterea, quod pacem inierit, acriter

μίαν τοῦ Χριστοῦ. Vulgo legebatur: μήκου δόκη- D σιν τὴν τοῦ Χριστοῦ — φύσιν μετὰ τὴν ἰσάρκωσιν δέξῃ. Θατέρας γὰρ ἔστιν ἀναίρεσις ἢ περὶ μιᾶς — cod. Bav. μίαν, vulg. additur τούτων quod auct. codd. Bav. Vat. 649, et Ali. ejiciendum est, — συγκατάθεσις; ἢ τῆς θείας τραπέζης, ἢ τῆς ἡμῶν μεωθεύσης.

(a) Lib. 1, ep. 323: — Ὅτι δὲ ἀληθινὸς καὶ ἐπὶ πάντων θεὸς, ἀνθρώπος γέγονεν ἀληθῶς. οὗτε δ' ἦν τραπέζης, καὶ οὐκ ἦν προσλαβῶν, ἐκ φύσεων δυοῖν — cod. Bav. ἐν φύσει δυοῖν — ὁ εἰς ὑπάρχων ὕψος ἀναρχὸς καὶ ἀπέραντος, πρόσφατος καὶ ἀίδιος, οὐδ' ἂν αὐτὸς ἀρηθείης.

(b) Lib. 1, ep. 405: — Εἰ γὰρ καὶ σὰρξ ἀληθὴς ὁ λόγος γεγένηται, ἀλλ' οὐ ψιλὸς ἀνθρώπος ὁ Χριστός· ἐνανθρώπησας δὲ μᾶλλον — cod. Bav. μᾶλλον δὲ — θεὸς ἐν ἐκατέραις ταῖς φύσεσιν εἰς ὑπάρχει — Cod. Bav. ὑπάρχων — ὕψος τοῦ — quod omititur in cod. Bav. — θεοῦ. —

(c) Et revera Leontius Byzantinus in libris contra Nestorium et Eutythen memorat Isidori ad Theodosium presbyterum, Timotheum lectorem, Cyrillum Alexandrinum aliosque epistolas. Cfr. *Maxima bibliotheca* VV. PP. tom. IX, p. 681, 682, 685.

(d) Christiani Augusti Saligii de eutythianismo ante Eutythen, sive de eutythianismo vere ac falso suspectis, tractatus historicus et theologicus. Wolfenbüttele 1723, in-4.

(e) Moshem. *Hist. eccl.* p. 225, § 13.

(f) Ipsum Cyrillum haec formula saepius usum esse, constat inter omnes.

(g) Sic stonachabantur Acacius Melitenensis, Successus Dio Caesarensis, Valerianus Iconiensis, aliique, omnes Cyrillum vituperantes, quod in Orientalium, qui omnem unionem hypostaticam rejecissent, consenserit voces. Cf. Salig. l. c. cap. 28, p. 275.

vituperarunt (a). Scribit enim ad illum alibi (b) : A oportet te firmum ac constantem semper manere; sic nempе ut nec metu caelestia prodas, nec tecum ipse pugnare videaris. Sed si quae nunc ab te scripta sunt cum illis antea a te confessis comparantur, aut adulationi obnoxius esse videberis, aut levitatis minister, ut qui inani gloriae succumbas, non autem magnorum et sanctorum pugilum certamina imiteris, qui per omnem vitam in externa regione premi ac vexari potius sibi ferendum duxerunt, quam ut perversam aut falsam sententiam vel auribus exciperent (c). — Quapropter Tillemontius omnesque ejus sententiae faventes, Isidorum anno 449 vel 450 inter vivos adhuc fuisse ex his epistolis temere collegisse videntur.

Sed etiam in eo fallitur ille (d), quod ex Isidori litteris ad Marcionem presbyterum (e) et Zenonem (f) datis apparere arbitratur, eum Hermogene Rhinocoruræ episcopo jam mortuo diem supremum obiisse. In illa enim duos episcopos, Hermogenem scilicet virum pium justumque, cum Eusebio homine pravo et scelesto, comparat auctor in hunc modum : « Qui virtute clarus est, is geminum habetur sacerdotii decus et ornamentum; qui vero sacerdotali munere functus solo tumet honore, is revera ad spurios rejectus est. Itaque Hermogenes vir Deo acceptus dignitatem recepit virtuti suae convenientem (g). Ad facultatem enim utramque contendit, tum sacerdotii ornamentum dignum consecutus tum virtutis majestatem, a divina gratia debitam accessionem. At Eusebius Deo infestus omnique C

virtute vacuus munere solo sese jactat. Inde fit ut ille tanquam vir, cujus cogitandi et agendi ratio dignitati suae prorsus conveniat, ab omnibus celebratur; hic tanquam spurius notetur talique munere indignus. » In hac vero ad Zenonem epistola sic de Hermogene loquitur : « Hermogenes episcopus vir probus est, si quis alius. Educatus enim in Christi lege, exemplis apostolicis institutus, episcopo digna sentit et exsequitur. Quare temporibus convenientem gloriam assecutus est et honorem (h). Invidia enim, quae alios virtute praeditos palam solet oppugnare, hunc, propter incredibilem morum mansuetudinem ac singularem modestiam, ne aspicere quidem audet. » — Reliqua ut addamus non est necesse : quae enim allata sunt satis superque probant Isidorum hacce in epistola non de gloria et honore quem ille in futura vita, sed de justa et merita agere gloria, quam Hermogenes apud omnes consecutus sit mortales. Caelestis enim et quae probus quisque apud Deum gaudet omni superior est invidia. — Ergo uti ex illis epistolis Isidorum Pelusiotam anno 449, vel 450, inter vivos etiam tum fuisse non consequitur, ita ex his eum post Hermogenis mortem diem supremum obiisse probari nequit.

Sed cum equidem in ejus epistolis nihil quo haec lis omnino dirimi possit, invenerim, satis habeo probasse, eum post annum 434, esse mortuum. Accuratiorem vero anni hujus viri fatalis definitionem viris et sagacioribus et doctioribus relinquo.

(a) Ipse Tillemontius in *Historiae ecclesiasticae* tom. XV, p. 113, art. VIII. allata haecce ad Hermogenem epistola, scribit : Auroit-il parlé de la sorte de saint Cyrille ?

(b) Lib. I, ep. 324, de qua Lupus quoque in notis ad variorum Patrum epistolas l. c. haec scripsit : S. Cyrillus licet sua capitula anathematizare aut solemniter recantare noluerit, ea tamen et in datis ad Acacium Berrhoensem, ac item ad Joannem Antiochenum litteris, et suis cum Paulo Emeseno actis, est suaviter moderatus. Hinc in publicum tunc sparsus fuit rumor de Cyrilli poenitentia. Item sub nomine Philippi Romanæ Ecclesiae presbyteri et apostolici apud Ephesum legati, sparsa fuit epistola asseverans Sixtum pontificem quidem confirmasse pacem, expunxisse tamen damnationem Nestorii. Ita ipse Cyrillus queritur in litteris ad Acacium Melitenensem et Donatum Nicopolitanum episcopum. Haec igitur omnia videns et considerans magnus ille monachus Isidorus — paterno jure illum admonuit, ut esset prudens et constans, ut sermones suos dispensaret in judicio, ut non videretur docere contraria, ut istis rumoribus non daret ansas aut fomenta.

(c) Verba Graeca sic se habent : Χρή σε, θαυμάσει, διεπραπτον μένειν αἰεὶ, οὕτε φόβῳ προδιδόντα τὰ οὐράνια, οὕτε σαυτῷ ἐναντίον φαινόμενον. Εἰ γὰρ τὰ νῦν γεγραμμένα σοι τοῖς προτέροις ἀντεξετάσειας, ἢ

κολακείας φανήσῃ ὑπεύθυνος, ἢ εὐχερσίας — Chal. et Rittersh. εὐχερσίας ἢ — διάκονος, κενῆς μὲν δόξης ἠτιώμενος, τῶν μεγάλων δὲ — abest a cod. Bav. — ἀγίων ἀθλητῶν τοὺς ἰαγώνας οὐ μιμησάμενος, οὐ τὸν ἅπαντα βίον ἐπ' ἄλλοτρίας — cod. Bav. ἄλλοτρίαις — κακοχεῖσθαι ὑπέμειναν, ἢ κακῶδον φρόνημα καὶ μέχρις ὧτων εἰσδέξασθαι.

(d) Tillemont *Hist. eccl.* tom. XV, p. 117, cf. p. 18, not. 4.

(e) Lib. v, ep. 378.

(f) Lib. v, ep. 466.

(g) Ex his, ni fallor, verbis Tillemontius collegit Isidorum de mortuo Hermogene locutum esse. Quare verba graeca ascribere non abs re erit. Sunt autem haec : Ἐπεὶ οὖν ὁ μὲν θεοφιλῆς Ἑρμογένης ὁμολογοῦσαν τῇ ἀρετῇ καὶ τὴν ἀξίαν ἔσχε.

(h) Haec, ni omnia me fallunt verba, induxerunt Tillemontium, ut hanc pro sua sententia afferret epistolam. Sunt autem haec : Ἐπισκοπῆς δὲ ἀξία καὶ φρονήσας καὶ πράξας, συνηδῶσαν τῷ χρόνῳ τῆν δόξαν καὶ τὴν τιμὴν κέκτηται. — Codd. Vat. 650. et Alt. inserunt inter συνηδῶσαν et τῷ χρόνῳ — συναχμάζουσαν, quod vocabulum Petrus Possinus voce καὶ cum antecedentibus conjungendum censet, ita ut totus locus sic se habeat : συνηδῶσαν καὶ συναχμάζουσαν τῷ χρόνῳ. Equidem verbum συναχμάζουσαν, quod addunt codd. illi, glossema arbitror.

## PARS SECUNDA.

### DE SCRIPTIS ISIDORI PELUSIOTÆ.

Isidorus Pelusiota præter epistolas, de quibus A fusius agemus postea, alios quoque, qui non ad nostram usque pervenerunt ætatem, conscripsit libros; quod ut probemus ad Suidæ (a) et Nicephori (b) auctoritatem refugere non necesse est, cum ipse librum suum *adversus Græcos* bis commemoraverit. Hermino enim comiti (c) quærenti, qui fiat, ut hominibus improbis et scelestis sæpissime omnia sint secunda, probi contra et pietate insignes in acerbissimis versentur malis et calamitatibus, rescribit: se difficilem hanc quæstionem ἐν τῷ πρὸς Ἑλληνας γραφέντι λόγῳ, quantum fieri posset, solvisse. Eum eodem in libro in Græcorum vaticinandi artem acriter invectum esse, scimus ex initio epistolæ ejus ad Harpocram sophistam (d), in qua de hac re in hunc loquitur modum: Ὅτι ἡ μαντικὴ ὕθλο: ἦν παρ' Ἑλλησι καὶ μάτην ἐθρυλλεῖτο, δέδεικται μὲν μοι ἐν τῷ πρὸς Ἑλληνας λόγῳ. Constat igitur eum contra Græcos sive gentiles composuisse librum; sed utrum hic liber ab illo πρὸς τὸ μὴ εἶναι εἰμαρμένην, quem in alia ad eundem Herminum epistola (e) affert, diversus, an idem sit, nova videtur indigere disquisitione. Eundem esse arbitratur Rittershusius (f), quocum Dupinius (g) consentit, qui ex ipsius Isidori verbis hunc tribus epistolis illis de uno ejusdem argumenti libro egisse audacter arguit. Negat Fabricius (h), qui ex argumento libri *adversus Græcos*, a me; quantum fieri potest, exposito, contrarium colligit.— Sed libellus, quem Isidorus *De fato* scripsit, contra ethnicos scriptus fuit, in eoque libro contra gentiles, in quo, uti jam diximus, de piorum hominum miseria, pravorumque felicitate agebatur, optima sine dubio de fato dicendi fuit occasio.— Quare ex utriusque libri argumento colligi non licet utrumque librum inter se fuisse diversum; neque tamen contrarium inde consequi lubenter fateor. Quod si vero quispiam mihi objiciat, Isidorum duos attulisse librorum titulos, ergo necesse esse ut duo quoque

exstiterint libri, quorum in hoc contra Græcos, in illo de fato egerit, duplicem hunc titulum uni eidemque libro bene convenire posse respondeo, dummodo accipiamus Isidorum λόγον πρὸς Ἑλληνας πρὸς τὸ μὴ εἶναι εἰμαρμένην confecisse (i). Atque quod affert Heumannus (j), qui ob id ipsum, ut ejus utar verbis, quod librum de fato λογίσιον ποτίσιον quam λόγον vocandum censet Isidorus, ab illo quem contra Græcos scripsit, bis λόγου nomine ornatum, diversum esse statuit, non magni momenti est. Nam Isidorus ab Hermino magnopere laudatus, pro insigni, qua excelluit, modestia (k), librum suum etsi λόγου nomine dignum λογίσιον appellare potuit. Quare his omnibus probari nequit Isidori *adversus Græcos* scriptionem a libro *De fato* diversam esse. Quid, si quis propterea, quoniam utraque, ea scilicet quam primo et tertio loco laudavimus, epistola, ad eundem datæ sunt Herminum, contrarium contendere et probare conaretur? Posset enim non ab omni verisimilitudine alienam instituere ratiocinationem hujusmodi: Ut cum ex illa libri secundi ad Herminum epistola appareat, Isidorum Hermino ipsi quæstionem proponenti respondisse, se de hac re fusius jam in libro *adversus Græcos* egisse, nihil verosimilius sit, quam illum, cui accurata quæstionis dijudicatio accepta esse debuit, blande a familiari suo rogasse, ut librum illum mitteret. Neque hunc, ut ex altera ad Herminum epistola videremus, preces illius repudiasset, sed misisse una cum his litteris quem ille postulasset librum.— Quæ sententia etsi primo quidem obtutu placuerit, tamen qui attento animo libri tertii ad Herminum litteras perlegerit, is statim rejiciet. Eæ enim his continentur verbis: « Quoniam scripsisti me nuper libellum de fato composuisse, qui ab aliis magnis laudibus ad cælum usque elatus, ab aliis omnibus, in quibus idem tractetur argumentum, scriptionibus, sit præpositus, quoniam ut hunc librum ad te mitterem precatus

(a) Suid. Ἰσίδωρος, inquit, — ἐπιστολάς γεγραφε, καὶ ἄλλα τινά.

(b) Niceph. *Hist. eccl.* lib. xiv, cap. 53: Καὶ δὴ πολλὰ μὲν ἀπὲρ ἐγράφη ὠφέλειας ἀπάσης ἐμπλεω· μάλιστα δὲ ἐπιστολά.

(c) Lib. II, ep. 187.

(d) Lib. II, ep. 228.

(e) Lib. III, ep. 253.

(f) Rittershusius in notis ad ep. 157. lib. II. Liber contra Græcos fortassis idem est, inquit, cum oratione, quam contra fatum scripsit.

(g) Du Pin *Bibl. auct. eccl.* tom. XIII, p. II, p. 4, not. c. hæc scribit: Il cite le *Traité du destin* dans la lettre 253, du livre III. Je ne le crois pas différent

du *Traité contre les Gentils* cité dans les lettres 137, et 228, du II. livre, parce que ce qu'il en dit en ces endroits regarde la même matière.

(h) Fabricius l. c. p. 256.

(i) Ita videtur sensisse Dupinius qui l. c.: Il parle lui-même, inquit, d'un *Traité du destin* contre les *Gentils*.

(j) Heumann. *Diss. de Isid. Pel.* § 6, p. 9.

(k) Cf. lib. IV, ep. 60, p. 446, lit. A lin. 8: — Ἵσως γὰρ εἰ καὶ ἐν τούτῳ πλεονεκτοῦντα, ἐν ἄλλοις πλεονεκτοῦσι, καὶ τινὰ ἐνόησαν, ὧν αὐτὸς οὐδ' εἰς ἔννοιαν ἀφικόμην. Ejusdem in sententiis suis exponendis modestia manifestata est in ep. 85, lib. II, ep. 112, et 144, lib. IV. —

es, mittendum duxi (a). » Namque apparet, ut A equidem arbitror, ex harum litterarum initio, librum de fato non eum esse, quem in epistola Isidorus familiari suo commendaverat. Etenim verba, quibus usus est Herminius : « Tu librum de fato nuper composuisti, » quæ ex Isidori epistola ad illum data enucleare possumus, satis de mea quidem sententia declarant, hunc de hoc libro nondum neque per litteras nec præsertim sermone cum familiari suo collocutum esse. Quod si verum est, hic de fato libellus non idem esse potest atque ille, quem Pelusiota contra Græcos composuit librum. Recte igitur senserunt Fabricius et Heumannus, etsi causam, cur ita sentiendum sit, non viderunt (b).

Hunc igitur locum relinquere et ad alia Isidori B scripta transire liceret, nisi exstaret longa ad Harpocrum sophistam epistola (c), quam, cum in ea eorum, qui fatum credunt, refellatur opinio, aliquis pro libello *παρὶ τοῦ μὴ εἶναι εἰμαρμένην*, de quo modo locuti sumus, habere posset; præsertim cum Isidorus, aliam quoque, quæ Eulogio scripta est, epistolam *λογίδιον* (d) appellaverit. Quam sententiam cum aliis argumentis neque confirmare nec refellere possim, id tantum moneo, nos ex illa ad Harpocrum sophistam epistola modum ac rationem, quam Pelusiota de fato disputans, secutus sit, optime posse intelligere.

Reliqua, quæ de deperditis Isidori scriptis dicenda sunt, brevius queunt absolvi. Quæ enim ab Evgrio (e) commemorantur ejusdem scripta ad Cyril- C lum sunt, uti jam a Dupinio (f), Ceillierio (g), Fabricio (h) et Heumanno (i) observatum est, nihil aliud nisi Isidori epistolæ ad hunc virum, quas

(a) Verba Græca sunt : Ἐπειδὴ γέγραφας λόγον, μάλλον δὲ, εἰ χρή εἰπεῖν τάληθες, λογίδιόν μοι πρῶτη γράψαι περὶ τοῦ μὴ εἶναι εἰμαρμένην· παρά τινων μὲν ἐκθεσιασθὲν, παρά τινων δὲ καὶ τῶν ἄλλων συγγραμμάτων τῶν εἰς τοῦτο παρά τινων πεπονημένων προκρινθὲν, καὶ παρεκάλεισας τοῦτό σοι παραθεῖναι, πέμπομαι.

(b) Schroëckhins a Fabricii et Heumanni stans partibus, ne unum quidem pro sua sententia affert argumentum. Cf. *H. eccl.* t. XVII, p. 522. — Tillemontius hanc litem dijudicare non audet. Scribit enim in *Hist. eccl.* tom. XV, p. 117, hæc : — Il a composé divers écrits très-utiles, comme celui qu'il fit contre les Gentils. — Je ne scay si c'est le mesme ouvrage, qu'il appelle autre part un livre, ou plutost un petit livre contre le destin. Il avoue que cet ouvrage avoit esté fort estimé et mesme qu'il etc.

(c) Lib. III, ep. 154.

(d) Lib. IV, ep. 163, p. 505, ubi hæc exstant : καὶ ἄλλα μυρία, ἅπασιν, ἵνα μὴ τὸ λογίδιον μηκύνωμεν, παραθεῖτω.

(e) Evagrius *Hist. eccl.* lib. I, cap. 15. γέγραπται δὲ πρὸς Κύριλλον τὸν αἰοδιμον, ἐξ ὧν μάλιστα δεικνύται τοῦ θεσπεσίου συναχμάσαι τοῖς χρόνοις.

(f) Dupin l. c., p. 4.

(g) Ceillierius, l. c. p. 604, dubius hæret utrum Cyrillus, de quo loquitur Evagrius, celeberrimus ille sit Alexandriae episcopus, an alius ejusdem nominis vir. Alexandriae fuisse constat, tum ex epithetis, quibus hunc ornat Evagrius, tum ex eo quod hac notitia usus est ille ad definiendum quo

Facundus, Nicephorus alique occasione data attulerunt. Quapropter jure vituperatur Caveus (j), quippe qui librum adversus Cyrillum deperditis Isidori scriptis adnumeraverit; multo gravius vero reprehendus est Joannes Langus Nicephori Callisti interpretæ. Is enim, uti notaverunt Jacobus Billius (k) et Joannes Chatardus (l), post eosque alii complures, Nicephori verba (m) : Οἷος ἐκαίνος Ἰσίδωρος ὁ τοῦ Πηλεουσίου βροῦς καθηγησάμενος· Ναλλός τε καὶ Μάρκος — ἔτι δὲ καὶ ὁ τὴν σοφίαν πολλῶς Θεοδώριτος — ὧν εὐρὴ κλίσις κατὰ τὴν ποιήσιν — reddidit in hunc modum : « Talis fuit Isidorus, qui in Pelusii monte monachis præfuit, Nilus et Marcus et sapiens Theodoretus, quorum magna in poetica laus est (m') ; itaque eos egregios facit poetas, cum tamen, ut ait Jacobus Billius, nullum ex his poetica laude floruisse litteris ullis proditum sit.

Sed ne quid memoratu dignum a nobis prætermis- missum videatur, quarto loco monendum est, anonymum illum, de quo in parte hujus commentationis prima jam diximus, Vitæ Chrysostomi auctorem præmississe scriptorum de Vita hujus viri Catalogum (n) sub hoc titulo : Ὅσοι εἰς τὸν βίον τοῦ Χρυσοστόμου συνεγράψαντο· eumque his adnumerasse Isidorum Pelusiotam. Quanquam vero equidem bene intelligi anonymi hujus testimonio probari non posse Pelusiotam (o) celeberrimi illius episcopi vitam descripsisse, tamen propterea hanc non prætermittendam esse duxi notitiam quod, ut equidem scio, a nemine, qui de Isidoro ejusque scriptis protulit sententiam, memorata est.

Majoris videtur esse momenti quod Hardtius in suo codicum bibliothecæ Bavaricæ catalogo (p), in-

tempore vixerit Isidorus.

(h) Fabricius l. c. p. 256.

(i) Heumann. l. c. p. 9, not. aa.

(j) Caveus *Hist. litt. script. eccl.* p. 250.

(k) Jacobi Billii *Observationes sacræ.* lib. I, cap. 38, p. 66.

(l) Joannes Chatardus in epistola ad Godofredum Billium, quæ præfixa est editioni ejus Isidori Epistolarum a Jacobo Billio Latine redditarum.

(m) Fabricius autem in eo errat quod malam hanc interpretationem Joanni quidem Lango, sed huic D Evagrii dictum interpretanti tribuit.

(m') Fronto-Ducaeus, qui Latinam Joannis Langi interpretationem eum Græcis collatam et recognitam suæ Nicephori adjecit editioni, etiam hoc mendum correxit.

(n) Joan. Chrysost. *Opp.* ex ed. Savillii tom. VIII, p. 293. — Tenet autem in Catalogo illo Isidorus locum decimum et secundum. — Cf. Lambecii *Commentarii de bibliotheca Cæs. Vindob.* lib. VII, cod. xxvii, p. 299.

(o) Isidorus ipse a Simone monacho rogatus, ut paucis divini Joannis Chrysostomi tragediam exponeret, describit lib. I, ep. 152 hæc : — φράσαι ταύτην ἀπορώ· νικᾷ γὰρ — quod e codd. Bav. Vat. 649, Alt. et Stort. inserendum est — τὸν νοῦν ἢ μέθη τοῦ πράγματος. Sic scribendum censeo auctoritate codd. Bav. Stort. et Alt. — Vulgo legebatur τὰ τοῦ πράγματος.

(p) *Cod. cclxx*, inde a folio 154 usque ad finem, vol. III, p. 127.

editum Isidori Pelusiotæ opus in manuscripto quodam exstare testificatur, sic inscriptum : Ἰσιδώρου τοῦ Πηλουσιώτου ἐρωτήσεις καὶ ἀποκρίσεις. Continentur autem hoc codice non solum Isidori, sed etiam Chrysostomi, Basilii, Olympiodori, Nili, Marci, Maximi et Theodosii quæstiones et responsa, quæ auctor collegit anonymus. Equidem, quia ipsum eodicem inspiciendi mihi non data fuit occasio, num in illo inedita quædam lateant, non audeo decernere; sed magna mihi est suspicio quæstionum illarum et responsorum, quæ omnia ad interpretationem Librorum sacrarum videntur pertinere, collectorem descripsisse uti ex Chrysostomi, Basilii aliorumque operibus, ita et ex Isidori epistolis, quæ ipsi ad suam rem facere viderentur. Quapropter inedita quædam, uti ex titulo collegit Hardtius (a) in illo latere codice exigua tantum mihi spes est.

Neque puto novi quid exstare in libro (b) cujus titulus hic est : *Isidorus Pelusiotæ de nativitate Domini*. Defuit autem hunc libellum inspiciendi occasio. Hæc hactenus.

#### EPISTOLARUM EDITIONES.

Prodierunt Parisiis anno 1585, in folio : *S. Isidori Pelusiotæ epistolarum amplius mille ducentarum libri tres nunc primum Græce editi*. Quibus e regione accessit Latina clarissimi viri Jacobi Billii Prunæi, *S. Michaelis in eremo quondam cænobiarchæ, interpretatio*.

Huic editioni præfixa est Joannis Chatardi epistola ad Godofredum Billium, qua edocetur, Jacobum Billium, illius fratrem, Isidori epistolas MCCXIII Græcas in Latinam linguam transtulisse, ipsum vero præmatura, quo minus hanc ederet interpretationem, morte impeditum esse. Joannes igitur Chatardus hanc suscepit provinciam simulque ut etiam Græce illæ excuderentur epistolæ, curavit. Scripturæ diversitas margini adnotata est. Accedunt Jacobi Billii Sacrarum observationum libri 2. no.

Sunt autem *S. Isidori Pelusiotæ epistolarum amplius mille ducentarum libri tres* Jacobo Billio interprete recusi in magna Bibliotheca VV. PP. ed. Colon. ann. 1618, t. V, p. III, p. 476-621.

Tribus his epistolarum libris quartum adjecit Rittershusius, omnesque edidit sub hoc titulo : *S. Isidori Pelusiotæ de interpretatione divinæ Scri-*

(a) Hardtius l. c. Isidori, inquit, Pelusiotæ quæstiones nullibi memoratas inveni. — Quare etiam in indice huic tomo adjecto hunc Isidori librum inter

(1) Liber cujus titulum Niemeyer, p. 56, ex catalogo quodam exhibet : *Isidorus Pelusiotæ de nativitate Domini Haganoæ 1529 in-4<sup>o</sup>*, ut facile crediderim, idem opus est, quod proprie inscribitur : *B. Isidori episcopi, theologi vetustissimi, de nativitate Domini, etc. libri duo*. Haganoæ 1529, in-4. Isti autem libri, qui mihi præsto sunt, revera *S. Isidorum Hispalensem auctorem* habent, et cum inscriptione : *Contra Judæos* reperiuntur in optima ejus editione (quam curavit F. Arevalo) Romæ 1797 — 1803, t. VI, p. 1 seqq. Præterquam enim quod locus et annus et forma impressi libri congruunt, imprudens aut scilicet catalogi scriptor, cum prior ex istis duobus libris, prout Haganoæ 1529 editus est, in margine superiori simpliciter notatur : « *B. Isidorus de nativitate Domini*, » facile *Pelusiotæ* de suo addere potuit, sicque Isidoro nostro fetus accrescere, cujus ne minimum alibi, nec antiquo, nec recentiori tempore vestigium occurrit. Eadem igitur fuerit hallucinatio, quam ipse Niemeyer alio in loco p. 146 de codice quodam manuscripto recte deprehendit. — *Fessler, Instit. Patrol., II, 623 Orléans 1850.*

*Aptura epistolæ libri quatuor. Quorum tres priores cum Latina interpretatione Jacobi Billii primum ante annos xx Parisiis prodire. Jam vero sub prelum revocati ms. cod. Bavarici ope plurimis in locis insigniter aucti, suppleti, correcti sunt. Quartus nunc primum exit novus ex eodem codice Bav. cui Venetus in bibliotheca S. Marci respondet, descriptus et Latinus factus a Cunrado Rittershusio IC. Ex officina Commeliniana 1605.*

Rittershusius et quam Joannes Chatardus notavit, et quam ipse ex codice suo de promptis scripturæ diversitatem diligenter margini ascripsit; ita quidem ut, si in codice Bavarico vel unum vel plura addita fuerunt vocabula, locum, quem illa in textu tenuere, stella notaret, vocesque in manuscripto isto omissas uncis includeret. Accedunt indices locupletissimi aliaque minoris momenti. Cæterum hæc editio ne linea quidem mutata anno sequente in eadem recusa est officina.

Anno demum 1623 Andreas Schottus Isidori epistolas DLIX e codice Vaticano edidit Antuerpiæ in-8, sub hoc titulo : Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς Ἰσιδώρου τοῦ Πηλουσιώτου ἐπιστολαὶ ἀνέκδοτοι. *S. Isidori Pelusiotæ epistolæ hactenus ineditæ, de locis sacre Scripturæ moribusque formandis; ex Vaticana pontificis bibliotheca nunc primum erutæ notisque et argumentis illustratæ ab Andrea Schotto, societatis Jesu presbytero.*

Anno sequente publicavit idem Latinam harum epistolarum interpretationem Romæ.

Francfurti autem anno 1629 eadem ea forma recusæ sunt, ut editioni Rittershusianæ annexi possent, sub hoc titulo : *S. Isidori Pelusiotæ presbyteri epistolarum, quæ in Billii et Rittershusii editionibus desiderantur, volumen reliquum; quas ex Vaticana S. Patris bibliotheca nuper erutas, nunc primum Græce et Latine conjunxit, notisque et argumentis illustravit R. P. Andreas Schottus, societatis Jesu presbyter.*

Sed Lutetiæ tandem prodierunt quinque Isidori epistolarum libri anno 1638, in folio, sub hoc titulo : *S. Isidori Pelusiotæ de interpretatione divinæ Scripturæ libri quinque; quorum tres priores ex interpretatione Jacobi Billii, quartus autem a Cunrado Rittershusio IC., qui et notas uberiores, et summas, et indices prioribus libris adjecit; et quintus ab Andrea Schotto, nunc primum in Gallia prodeunt.*

In hac editione, quæ multis scatet erroribus typographicis inedita refert.

(b) Prodiit hic liber Haganoæ 1529, in-4. Cf. catal. bibl. Andr. Paw. (1).



graphicis, etiam hoc vituperandum est, quod stellæ quidem, quibus Rittersbusius in Bavarico codice aut unum aut complura addita esse vocabula significare voluit, in textum receptæ sunt; neque tamen scripturæ diversitas est indicata. Qui factum est, ut Petrus Possinus in libro, de quo continuo agemus, hæc stellis lacunas indicari arbitratus, glossam pro vera scriptura sæpius habuerit. Simili modo unci, quos certo, uti antea dictum est, consilio adhibuit Rittersbusius, in hac editione temere recepti videntur esse.

Cæterum omnes Isidori epistolæ exstant Latine tantum in maxima Bibliotheca VV. PP. tom. VII, p. 499-802.

Sed Romæ prodierunt anno 1670 *Isidorianæ collationes*, quibus S. Isidori Pelusiotæ epistolæ omnes hæctenus editæ cum multis antiquis optimæ notæ manu scriptis codicibus comparantur, et inde circiter bis mille locis suppletur aut emendantur. Ex bibliotheca Barberina. Curavit enim Franciscus cardinalis Barberinus per virum, ut ait qui præfatus est Petrus Possinus, eruditionis eximie, suam tunc familiarem, τὸν μαχαλοῦν Franciscum Arcudium Græcum Calabrum, postea episcopum Nuscanum, cum sex optimis antiquissima manu scriptis codicibus, duobus Vaticanis, totidem Altaeinsibus, uno Sfortiano, sexto Barberino conferendas Isidorianas omnes epistolæ, exacte ascriptis per margines editionis Parisiensis variis lectionibus et supplementis e regione cujusque tali egentium ope locorum. Hoc editionis Parisiensis exemplar Carolus Moronus, præfectus bibliothecæ Barberinæ, tradidit Petro Possino e societate Jesu, qui hasce Isidorianas edidit collationes, sic ab eo vocatas, quoniam, ut ipsius utar verbis, in iis illa, de qua dixi, Parisiensis Isidori editio cum codicibus haud paulo melioribus confertur. « Studui, ut scribit ille, cuncta sic explicare ut quam facillime quivis lector comparatione mei scripti cum ejus editionis exemplo loca in edito mendosa corrigere, mutila posset supplere. Ad hoc diligenter adnotavi epistolarum, paginarum et versuum, ad quos observationes hæc pertinent, numeros. Plerumque retuli duntaxat quid diversi aut novi exstaret apud codices; nonnunquam iudicium meum interposui; nec dissimulavi oborientes e variarum lectionum indicis de archetypa scriptura conjecturas; raro tamen id feci, contentus *ἁπλῶς* quasi aperuisse campum et occasionem felicius pro cuiusque acumine divinandi præbuisse.

His vero Collationibus usus est auctor editionis quæ prodiit Venetiis 1745, in folio, sub hoc titulo: *Sancti Isidori Pelusiotæ de interpretatione divinæ*

*Scripturæ epistolarum editio prima Veneta Latina auctior et emendatior. Cui præter notas Cunradi Rittershusii et Andreæ Schotti adjiciuntur et notæ aliæ ex Isidorianis Collationibus Petri Possini diligenter excerptæ.*

In his Isidori editionibus, Parisiensem dico et Venetam, excusæ sunt epistolæ bis mille et duodecim. — Liber enim primus quingentas continet (a), secundus trecentas, tertius quadringentas et tredecim, quartus ducentas et triginta, et quintus quingentas sexaginta novem. Errat igitur auctor anonymus *Historiæ ecclesiasticæ*, quæ prodiit Colonix (b), qui Isidori epistolarum duo millia centum et septuaginta novem excusas opinatur. Errant Ignatius Hyacinthus de Graveson (c). Caveus et Fabricius, qui omnes Isidori epistolæ bis mille et tredecim excusas esse affirmarunt. Qui horum virorum error ex eo procul dubio natus est, quod Schottus epistolæ quingentesimæ sexagesimæ nonæ, quæ libri quinti postrema est, subiecit unam quarti libri a se editam emendatius (d).

Sed si ex his colligere velles nos bis mille et duodecim Isidori epistolæ habere superstites, quæ typis excusæ sint, haud dubie in errorem incurreres. Præclare enim a Tillemontio (e) observatum est, unam in duas nonnunquam disceptam esse epistolam, velut libri iv ep. 206 et 207, et libri i ep. 271 et 272, nonnullasque bis esse positas, quarum duo affert exempla. At multo plura Heumannus, cujus quæ de hac re agit notam haud transcribere liceat: « Schottus, inquit ille, plures e Vaticano suo codice edidit, quæ jam editæ fuerant a Billio vel Rittershusio. » Eadem enim est libri v ep. 239 et libri iv ep. 147; eadem est libri v ep. 91 et libri iv ep. 147; eadem est libri v ep. 138 et libri iv ep. 190; eadem est libri v ep. 43 et libri iv ep. 199; — eadem est libri v ep. 139 et libri iv ep. 122; eadem est libri v ep. 187 et libri iv ep. 124; eadem est libri v ep. 324 et libri i ep. 235. Confer, sic enim pergit ille, etiam libri v ep. 116 cum libri ii ep. 162; libri v epistolam 24 cum epistola 567, ejusdemque libri epistolam 374 cum libri ii epistola 116, quas parum inter se differre deprehendes. Nec vero solum quinto insunt libro epistolæ jam antea editæ, sed superioribus quoque in libris nonnullæ bis leguntur. Eadem certe est libri ii epistola 1 et 39; libri i epistola 29 et libri iv epistola 188. Sic etiam libri i epistola 303 iisdem ferme verbis occurrit, et quidem in duas divisa, n. 271 et 272 (quod jam a Tillemontio observatum fuit). Eadem est etiam libri iv ep. 180 et libri ii epistola 185. — His ab Heumanno notatis adnumeranda est, uti jam viderat Petrus

1752, vol. II, p. 467.

(c) Hyac. d. Grav. *Hist. eccl. var. coll. dig.* t. II, p. 41.

(d) Eadem ratione ab Heumanno l. c. p. 12, not. b. hic error explicatus est. — Cf. p. 37. —

(e) Tillemont *Hist. eccl.* vol. XV, p. 847, not. 3. Hunc excerpit Fabricius l. c.

(a) Ceillierius in *Hist. auct. sacr. et eccl.* tom. XIII, cap. 22, art. 2, p. 605, librum primum epistolæ DXC continere affirmat. Videtur autem ille usus fuisse exemplari Parisiensi, in quo typhothetarum negligentia et incuria ultima hujus libri epistola hoc numero insignita est.

(b) *Abrégé de l'histoire ecclésiastique.* Cologne

Possinus (a), libri I epistola 4, quæ libro IV recurrit, A in quo locum tenet 195. — Denique mihi quidem libri V epistola 221 atque libri III epistola 203, de quibus deinceps fusiis agemus, eadem visa est.

Itaque his omnibus computatis, Isidori epistolæ mille nongentæ nonaginta septem ad nostram usque ætatem pervenisse videntur; cumque nemo, ut equidem scio, has omnes ab Isidoro scriptas addubitaverit, statim de codicibus in quibus hujus viri epistolæ continentur quæ innotuerunt, addere possemus, nisi Heumannus, quem Hambergerus (b) sequitur, plerasque Isidori litteras fictitias esse censeret. Cujus sententia paulo accuratius examinanda est.

Heumannus (c) plerasque Isidori epistolas, ut ipsius utar verbis, fictitias esse opinatur, ac rhetorico more compositas, non ut ii quorum præfixa sunt nomina eas acciperent legerentque, sed ut specimina essent eloquentiæ iis imitandæ quos haberet Isidorus artis dicendi discipulos. Antequam vero hujus sententiæ argumenta fusiis exponit, Suidæ (d) atque Ephraemi Antiocheni (e) de Isidoro affert judicia, ex quibus hunc et rhetorem et eloquentiæ laude insignem fuisse apparet. Tum ex ipsis Pelusiotæ Epistolæ hunc artis rhetoriæ satis gnarum fuisse ostendit, quippe in epistola ad Nilum (f) orationis virtutes ex Hermogene describat, in alia ad Ophelium grammaticum (g) de caractere epistolico disserat, scribatque Elaphio episcopo (h) acrem amorem studiumque eloquentiæ illo ævo mortali-um invasisse animos. Quibus testimoniis addere potuisset libri quinti epistolam ducentesimam decimam septimam, qua Isidorus, cum de variis rhetorum generibus agat, se hujus artis peritum esse satis superque probat. Denique Heumannus rhetores non solum artem scribendarum epistolarum, verum etiam epistolas effingere suisque discipulis imitandas exhibere consuevisse, pluribus probat exemplis, quæ repetere tædet.

His omnibus vero nihil aliud, ut equidem auguror, voluit demonstrare, nisi potuisse Isidorum pro rhetorum illius, quo vixit, ævi consuetudine in discipulorum usum talia edere specimina. Ac ne hoc quidem testimoniis illis satis probatum est. Restat enim, ut ostendatur Isidorum habuisse artis dicendi discipulos. Quod mera est Heumanni hypothesis. Sed ne in suspicionem nimium dubitantis incurram, hæc missa faciamus transeamusque ad accuratam argumentorum, quæ ille protulit, expositionem et dijudicationem.

(a) Poss. Collat. Isidor. p. 9.

(b) Hambergerus in libro: *Zuverlässige Nachrichten* etc. tom. III, p. 154. Cf. ejusd. libellus: *Kurze Nachrichten von den vornehmsten Schriftstellern vor dem 16 Jahrh.* p. 889.

(c) Heum. l. c. § 9, p. 15.

(d) Suidas appellat Isidorum ἄλλοτριμύτατον φιλόσοφόν τε καὶ ῥήτορα.

(e) Ephraemi verba, quæ huc pertinere possent, nulla apud Photium inveni; atque magna mihi est

Primum autem ex eo quod Isidori epistolæ magnam partem forma carent epistolica, collegit (i), plerasque ex officina, ut ipse ait, profectas esse rhetorica, in discipulorumque gratiam solerter effictas. At equidem vereor ne discipuli meritas non egerint præceptoris suo gratias, qui epistolas ipsis proposuit imitandas, forma adeo epistolica carentes, omisso et *χαρὰ* et *ἔβρωσο*. Quod igitur ille, uti notavit Schroeckhius (j), sententiæ suæ favere opinatus est, obstat multo magis, atque contrarium videtur probare.

Sed cum infra, ubi Schroeckhius de Isidori epistolæ sententiam explicabo, plura de hac re dicenda sint, eam missam faciamus, pergamusque reliqua, quæ protulit Heumannus argumenta recensere. Pergit autem his verbis: « Huc refero nonnullas ejusdem plane argumenti epistolas; quod ipsum certo est indicio, rhetorem nostrum ostendere voluisse suam dicendi copiam. Hujus generis sunt libri quarti epistola secunda, tertia et quarta, in quibus quidam Psalterii locus eodem quidem modo, sed verbis tractatur arte variatis. »

At, etsi negari nullo modo potest in epistola tertia et quarta Psalterii dictum, de quo in secunda jam actum est, recurrere, tamen nobis paulo accuratius in rem inquirentibus, verosimile visum est. Isidorum has tres epistolas Zosimo, cujus nomen omnibus præfixum est, revera misisse. In epistola enim secunda irridet Isidorus Zosimi stultitiam, qui vino omnibusque voluptatibus deditus precari audeat: *Καθῆλωσον ἐκ τοῦ φόβου σου τὰς σάρκας μου*. Eorum enim, inquit, hæc est præcatio qui æternam salutem vitæ luxuriosæ præferunt; at non convenit illis qui cute bene curata ipsos vincunt athletas. Etenim perinde agere videris ac si in metricis hærens amplexibus pudicitiam compos fieri optes. Desine igitur vitam suavem plenamque voluptatibus degere; comprime cupiditatem infinitam et inhonestam assidue convivandi, ne ridiculum te præbeas, cum alia consequi optes, alia agas. — Hoc est primæ ad Zosimum epistolæ argumentum. — Ex altera vero apparet hominem illum voracem respondisse Isidoro, et defensionis loco, ut fieri solet, ex eo quæsisisse, quamnam tandem subiceret verbis illis: *Confige timore tuo carnes meas*, sententiam? Rescribit enim Isidorus: Quoniam per litteras ex me quæsisisti, quid sibi velit dictum illud Psalmistæ, ausculta. Verbis illis hæc subest sententia: Reverentia erga Deum efficiat ut, cupidita-

suspicio Heumannum memoria lapsum dictum Evangelii afferre voluisse.

(f) Lib. V, ep. 145.

(g) Lib. V, ep. 133.

(h) Lib. V, ep. 204.

(i) Heumann. l. c. § 10, p. 16.

(j) Schroeckhius in *Historia eccles.* volumine XVII, p. 525, paucis quidem, sed egregie de hac Heumanni opinione judicavit.

tibus restinctis, imminuatur corporis in animum pernicioso vis (a). Cognita igitur hac verborum interpretatione desine aut verbis illis Psalmistæ uti, aut, si recte uti velis, mores dissolutos abjice, novosque capta, præsertim cum ventri non tuo cibo servias, sed aliorum sis assecta mensarum. — Utriusque epistolæ argumento sic exposito, quis est qui non videat, diversum esse harum litterarum consilium? quis est qui non intelligat, Isidorum non eodem modo verbisque arte tantum variatis, uti contendit Heumannus, sed modo plane diverso dictum e Psalmis repetitum his in epistolis tractasse? In illa enim Zosimum ridiculum esse ostendit, in hac Psalmistæ dictum interpretatur.

Sed etiam de quarta hujus libri epistola agendum est; quæ sane magnam habet cum secunda similitudinem. Docet enim Isidorus virum virtute præditum orationemque jure divinum numen ad opem ferendam invocare; eum vero qui, virtute relicta, supremum invocare audeat numen, his precibus nihil esse effecturum. Quæ igitur, ita enim pergit, hæc est amentia, quod, cum vitam flagitiosam degas et scelestam, precari audes: *Confige timore tuo carnes meas*. Quæ precatio te virum petulantem, luxuriosum, ebrium non solum non decet, verum ludibrii, imo periculi plena est (b). Conaris enim Deum ipsum fallere. — Uti igitur Isidorus, cui nihil magis cordi erat quam homines petulantes ad sobrios revocare mores, secunda in epistola Zosimo ostendebat preces ejus esse ridiculas et ineptas, ita in epistola quarta, cujus argumentum modo exposuimus, ei demonstrare conatur invocationem in ejus ore impiam esse et periculosam. Quare, etsi Heumanno concedendum est, magnam intercedere inter utramque epistolam similitudinem, tamen utriusque consilium diversum esse inter sese jure contendi posse arbitramur; itaque Zosimum has litteras reversa accepisse censemus. Cui sententiæ id quoque videtur favere, quod multæ ad eundem hunc Zosimum existant apud Isidorum epistolæ, ex quibus omnibus apparet, eum fuisse talem qualis et in his describitur litteris (c). Hæc accedit, quod ex ejusdem epistola ad Athanasium presbyterum data (d) apparet, vitiosam Zosimi vitam aliis quoque viris, quibus religio Christiana cordi fuit, fuisse offensionem.

Neque reliqua, quæ ad sententiam suam firmandam attulit Heumannus, exempla satis apta sunt. Etenim idem, inquit, reperies, si contuleris in libro quinto epistolas 289 et 519, quas, ut unusquisque de hac re facili opera judicare possit, Græcas ascri-

(a) Verba Græca sunt: Πῆξον αὐτάς (sc. σάρκας), νεκρωσον, ἀνικήτους ποιήσον πρὸς ἡδονήν, ἀντὶ ἧλων ὃ φόβος ὁ σὸς πηγνύτω αὐτάς καὶ νεκρούτω, καὶ ἀκακήτους καὶ ἀνενεργήτους πρὸς ἀμαρτίαν παρασκευάζετω.

(b) Verba Græca sic sese habent: — Οὐ μόνον ἀπρεπῆς αὐτῇ ἢ εὐχῇ, ἀλλὰ καὶ εἰρωνείας, μᾶλλον δὲ κινδύνου μεσῆ· quod, etsi genitivi illi aliquo modo explicari possunt, e codice Vat. 650, addendum est sine dubio; — ὅταν γὰρ τὸν ἀκήρατον νοῦν ταῦτα αἰτῇ, ἃ ποιεῖν οὐ θέλει, — καὶ αὐτὸν παρα-

bam. Illa autem his verbis continetur: *Εἰ καὶ τινες δεινοὶ εἰσι παραλογιζόμενοι μὲν λαθεῖν, ἀλλοῦτες δὲ παρακρούσασθαι· ἀλλ' ὁ σόφος κρείττων τούτων ὦν φωράσει μὲν τὴν ἀπάτην, διελέγξει δὲ τὴν δεινότητα.*

In hac vero de eadem re in hunc modum loquitur Isidorus: *Εἰ καὶ εἰσὶ τινες δεινοὶ μὲν ἀπατῶντες λαθεῖν, δεινοὶ δὲ φωραθέντες παραλογισσασθαι· ἀλλ' ὁ θεοφιλῆς κρείττων τούτων εὐρίσκειται, σοφὸς μὲν ὦν συνιδεῖν τὴν ἀπάτην, σοφώτερος δὲ διελέγξει τὴν ἐν τοῖς λόγοις κρυπτομένην δεινότητα.*

Nemo certe negabit utrique epistolæ eandem inesse sententiam; ac nemo consentiet cum Heumanno, qui Isidorum has epistolas scribentem suam dicendi copiam ostendere, eumque discipulis suis exemplar proponere voluisse audacter affirmat. Insigni scilicet arte in utraque epistola variavit orationem, cum viros fallaces in illa παραλογιζόμενους, in hac ἀπατῶντας, eosque, quorum fraudes detectæ sint, in illa appellet ἀλλοῦτες, in hoc φωραθέντας; cum deinde, quem in illa σοφὸν nominavit, in hac et θεοφιλῆν et σοφὸν, atque illorum hominum fraudulentiam vituperantem nuncupet σοφώτερον; cum denique in hac pauca mimoris momenti addat. Quis vero est, qui talibus artibus suam probet dicendi copiam? quis est, qui hanc probaturus incipiat, ut Isidorus in utraque epistola, cum particula hypothetica; jungat deinde, ut ab Isidoro factum est, primam alteramque verborum enuntiationem particulis μὲν et δέ; et pergat, uti Isidorus, cum particula ἀλλὰ? Hoc certe non rhetoris est, qui discipulis epistolas proponere vult imitandas. — Sed quoniam infra ad has mihi recurrendum est epistolas, nunc missas facere et ad ultimum, quod attulit Heumannus, exemplum transire liceat.

Pergit autem his verbis: « Haud vero facile invenieris epistolam exercitium scholæ rhetoricæ magis sapientem, quam illam libri secundi, quæ locum tenet centesimum quinquesimum tertium. En aliquod ejus specimen ex ore interpretis: *Vos æquum fuerit rationem inire, qua hanc insecutionem obliteretis; obliterabitis autem, si ad meliorem mentem redieritis; redibitis autem, si Scripturas sacras veras esse credideritis; credetis autem, si continenter ipsis fruamini; fruamini autem, si earum mentem intellexeritis; intelligetis autem, si assiduam cum viris divini sapientia præditis consuetudinem habueritis; habebitis autem, si vitium fugeritis; fugietis autem, si pœnas ipsi impendentes timueritis; timebitis autem, si Deum esse credideritis; credetis autem, si e tanto*

κρούσθαι θέλει τὸν κρῖτην.

(c) Memendum est eas omnes, quæ aut ad Zosimum, aut ad Zosimum presbyterum datæ sunt, epistolas eidem viro scriptas esse. — Cf. lib. i. ep. 61, 128, 134, 135, 140, 184, 223, 313, 347, 382, 436, 465; lib. ii. ep. 38, 41, 124, 153, 157, 158, 171, 172, 252, 253, 295; lib. iii. ep. 36, 61, 97, 275, 295, 333, 366, 406; lib. iv. ep. 184; lib. v. ep. 4, etc.

(d) Lib. ii. ep. 162.

*furere emeruerit.* Sed ohe, sic enim pergit Heumannus, jam satis est. Et plus altero tanto sequitur gradatione pari. Quis, quæso, serio ita scribat ad quemquam? — Nostris temporibus certe nemo, qui salem habet. Nec magis nostris temporibus quisquam, cui subactum est iudicium, Veteris Novique Testamenti dicta sic interpretabitur, uti multa ab Isidoro explicata sunt. Num inde consequitur, Isidorum epistolarum, quibus ineptæ aut ridiculæ continentur prophetarum vel apostolorum interpretationes, auctorem non esse? Quæ argumentatio a nemine probari potest; quam si rejicimus, simul cadet Heumanni ratiocinatio. Cæterum mihi quidem præceptor talem epistolam discipulis imitandam proponens derisu videtur esse dignior, quam qui hujusmodi litteras mittit alicui.

Alterum vero argumentum, quo efficere voluit Heumannus, ut ipse ait (a), plerasque Isidori epistolas esse fictitias, inde repetitum est, quod nonnullæ scriptæ sint ad eos qui vivere dudum desierant: veluti libri 1 epistola 457, ad Oribasium, Juliani imperatoris medicum; adeoque dudum, ut ait ille, illuc avectum unde nemo redit. Quod veterum scriptorum testimoniis probandum est. Nam Julianus diem supremum obiit anno 361, quo tempore Oribasius forsitan triginta vel quadraginta annos natus, hujus sæculi finem novique initium videre potuit, neque Isidorum quidquam impediabat, quominus medico illi celeberrimo mitteret epistolam. Sed placet concedere Oribasium Juliani medicum jam mortuum fuisse. Unde tandem Heumannus habet compertum has Isidori ad Oribasium medicum litteras datas esse ad Oribasium Juliani medicum. Nonne alius eodem nomine præditus Pelusiotæ tempore vivere potuit? Quod si statuimus, Heumanni concidit sententia. Licet autem statuere, cum ipsi epistolæ nullum insit vestigium, e quo colligere possimus hanc ad Juliani medicum datam esse.

Quod vero Heumannus contendit ejusdem libri epistolam 391, ad medicum quemdam scriptam esse, ita ut etiam hæc sit documentum variationis rhetoricæ, error est aut ipsius, aut exemplaris, quo usus est. In in eo enim hæc epistola data est ad Domestium (b) medicum, neque in Rittershusii notis, nec in Petri Possini Collationibus ulla notata est, quæ Heumanni sententiam firmaret, scripturæ diversitas.

Quæ vero de epistola ad Oribasium paulo ante diximus dici etiam possunt de epistola libri 1, 108, ad Proæresium sophistam, Oribasii æqualem.

Neque manifesto, uti opinatur Heumannus, fictionem scholasticam prodit libri v epistola 186, scri-

(a) Heumannus l. c. §. XI, p. 17, 18.

(b) Cod. Bav. Δομετίω; quod notante Petro Possino et in cod. Alt. exstat.

(c) Græca, quæ huc spectant verba, hæc sunt: Ἐπειδὴ δὲ καὶ τὴν ἐμὴν κινήσαι γλώτταν δεῖν φήθη; ὡς μεγάλα τινὰ (ὅπερ οὐκ οἶμαι) ἀνύσους, ἵνα μὴ δόξω σε λυπεῖν, καὶ πρὸς αὐτοὺς γέγραφα.

(d) Nolo laudes commemorare quibusonati Isidorus lib. II, ep. 151, Theophilum, Timothei fratrem,

pta quippe, uti ipse ait, ad Græcorum liberos, eosdemque pueros, qui fugere ludos jubentur et spectacula. Nam si hanc cum ea, quæ antecedit, epistola contuleris, quo modo Isidorus ad adolescentes scribere potuerit, intelliges. Verbis enim hujus epistolæ, quæ data est ad Harpocram sophistam, ultimis Isidorus declarat, se ab eo provocatum etiam ad adolescentes propter malam educationem pravis moribus assuetos scripsisse (c). Quod si has ad Harpocram litteras non fictitias esse censes, neque illam, quæ Græcorum liberis scripta est, epistolam rhetorico more compositam esse dices.

Quinto loco affert Heumannus libri II epistolam 251, Petro inscriptam apostolo. Inscripta autem est Petro, ad quem aliæ quoque complures datæ sunt epistolæ. Quæritur cur ille addiderit apostoli nomen. Respondet ipse: Hunc significare, non alium illius ætatis Petrum, partim ex allocutione cognoscere nobis videmur (*Quoniam te nomine appellem*, inquit, *quod tuis par sit meritis*), partim ex epistolæ argumento. Illud nihil nisi blanda vox, qua Isidorus etiam in aliis epistolis ad alios datis nonnunquam usus est (d); hoc adeo probat contrarium. Isidorus enim exponit hæc in epistola causas cur mortales Christi et apostolorum doctrinam lubenter receperint, statuitque has fuisse τὸν λόγον ἀξιόχρων δντα, τὸν τε τρόπον τῶν κηρυττόντων. Petro apostolo scilicet hæc omnia explicare debuit quinti sæculi monachus! Quid? quod de apostolis tanquam de viris jamdudum mortuis, cum illos appellat οὐρανοπολίτας, loquatur Pelusiotæ; quod certe non fecisset, si discipulis exemplo ostendere voluisset, quo modo ad Petrum apostolum scribendum esset. Hæc ipsa sentiens Heumannus pergit in hunc modum: « Majori clariorique jure inter fictitias epistolas referimus libri v ep. 461, ad mulierem scriptam nomine Theano. Usa quidem hoc nomine est filia vel uxor Pythagoræ. Quæ cum fuisse legatur philosophiæ cultrix, noster Isidorus id nominis haud absurde affinxit mulieri Christianæ professæ philosophiam, quam exhortatur, ut suæ professionis memor, ne student placere viris. » In his multa sunt vituperanda. — Primum enim probet Heumannus necesse est, Isidorum id nominis affinxisse mulieri Christianam professæ philosophiam. Unde enim habet compertum, Pelusiotæ tempore mulierem hoc nomine ornatam non vixisse? — Deinde illi demonstrandum erat his in litteris de muliere agi *philosophia*, in quibus ne unum est hujus rei vestigium. — Denique id nominis haud absurde mulieri Christianæ affictum esse ostendi oportet. Quid enim? Pythagoræ uxor

quibusque fratrem, quibusque Theodosium cumulat episcopum lib. II, ep. 231; nolo eorum nomina, quos vocavit ille ὁ φιλοσοφίας ἀγαλμα, ὃ φρονήσεως τέμνος enumerare; satis habeo sententiam paucis probavisse exemplis. Scribit autem Isidorus Cyrillo lib. II, ep. 127, — τῆς σῆς τοῖνον ἐστίν, (ὡς τί σε καλέσας ἀξίως προσηύπω; μεγαλονοίας; quæ loquendi formula recurrit in epistola ad Ammonium lib. II, ep. 166, et Palladium lib. III, ep. 73.

vel filia Theano fuit philosopha; quod de muliere, A vitam concedere placeret, ex hac re nullum, quo de qua in his agitur litteris, uti jam diximus, non sententiam suam firmaret, argumentum posset de- constat; fuit patris philosophiæ dedita vel mariti; promere. Nam cum se credere non posse dicat, ho- Isidori Theano Christi doctrinæ, quæ de ejus sen- mines illos, quos tam acri, imo petulanti sæpius tencia nullam certe habuit cum Pythagoræ placitis censura vexaverit Isidorus, id omisisse inultum, rur- similitudinem. Quare absurde egisset Isidorus si sus in errorem incidit. Cogitanti enim mihi de au- Theanus nomine ornasset mulierem Christianam. ctoritate, quam tunc temporis monachi erant adepti, Neque hoc fecit, sed misit hanc epistolam Theano, et memoria seditiones, quas cum multis in provin- viro cuidam; quod ex ipsa inscriptione, Θεανῶ, ut ciis tum imprimis in Ægypto illorum exercitus ex- in omnibus libris manuscriptis hucusque collatis citasse dicuntur (b) repenti, id certe fieri potuisse, exstat, colligi posse arbitror. Etenim si ad mulierem videre mihi videor. Huc accedit quod Isidorus, mo- data esset, scribendum fuisset Θεανῶ; quod et ipse nasterii sui abbas, vir fuerit morum integritate do- Heumannus sentiens, inscriptionem corrigendam ctrinæque copia insignis, atque auctoritate gravis. Quare nos omnes eas epistolas, quæ ab Heumanno propterea quod ad viros, ut ipsius utar verbis, vel B civili vel ecclesiastica dignitate eminentes datæ sint, pro fictitiis numerantur, viris, ad quos scriptæ sunt, revera missas esse statuimus.

Sed redeundum nobis est ad epistolas quas ille appellavit invectivas, quasque exercendi styli gratia exaratas fuisse ex aliqua ad Harpocram sophistam epistola (c) conatur probare. « Huic enim, inquit, qui satiram ipsi miserat in Martinianum, Zosimum et Eustathium, rescribit, eam se ad illos missurum haud esse. Cum enim dicantur hi viri esse implacabiles bestię, se non effecturum, ut ab aliis Harpocras quasi bello quodam petatur. Jam quod Harpocræ accidere noluit Isidorus, idem nec sibi evenire voluisse credendus est. »

Quæ Heumanni verba eo tantum consilio huc transcripsi omnia, ut exemplo probarem, virum alio- qui prudentem et doctum præjudicata, quam animo concepit, opinione in varios rapi posse errores; adeo ut quæ ipsi contraria sunt, sibi favere opinetur. Id Heumanno his ad Harpocram litteris suam probaturo sententiam accidisse arbitror. Ex his enim apparet Isidorum, scriptionem sibi ab illo missam Martiniano, Zosimo atque Eustathio tradere noluisse propterea, quoniam contineret satyram. Etenim si tu, inquit, viros illos petulantes epistola adhortatus esses, hanc illis misissem (d); sed satiram retinere placuit. Namque vituperandi quidem sunt de Isidori sententia (e) qui vitii laborant, sed verbis duris admiscenda sunt humanitatis plena et mansuetudinis. Quibus expositis non necesse est, ut de singulis, quæ protulit ille, exemplis fusius sententiam dicamus.

Cæterum videant, qui Heumanni partibus favent, ne improbos turpesque imputent Isidoro mores. Ipse enim Maroni (f) scribit, se non sicut multos de improborum salute omnino desperantes eum irridere velie, sed, cum jam multorum vidisset conversionem, officium suum arbitrari petulantem quemque ad sobrios revocare mores. Quod si vir ille sanctus

Quapropter neque altero hoc argumento, cui tam multum tribuit Heumannus, satis firmavit sententiam suam. Quibus expositis nobis ad tertium, quod protulit, transire licet. « Confirmamus, inquit ille (a), sententiam nostram tertio argumento, quod suppeditant nobis epistolæ hujus operis contumeliosæ. Qui enim possimus credere, homines illos, quos tam acri, imo petulanti sæpius censura vexavit Isidorus, omisisse id inultum? Quod si vero multis in malis eum multarunt, qui, quæso, factum est, ut ne levissima quidem occurrat hujus rei mentio? » Quæ verba quomodo Heumannus scribere potuerit, equidem intelligere prorsus non possum. Etenim ex illis, quas parte prima attulimus, Isidori epistolis, hæne ab hominibus, in quorum mores acriter invectus est, exagitatione esse poterat cognoscere, si Chabardi epistolam ad Godofredum Billium non legerat, in qua ille Pelusiotam acerrimum vitiorum insectatorem in multorum incurrisse odium, multasque ei structas esse insidias vel uno probat exemplo.

Sed etiamsi Heumanno Isidorum quietam degisse

(a) Heumann. l. c. §. XII, p. 18, 19, 20.

(b) Schreëkhii Hist. eccl. tom. XVII, p. 525.

(c) Lib. v, ep. 52.

(d) Εἰ μὲν γὰρ παραίνεις ἦν, ἐπεμψα ἂν ἐπέει δὲ θρηῆς ἔστι μονοειδής, οὐκ ἔδοκίμασα πέμψαι· εἰ

δ' αὐτὸς ὄντως βούλει, πέμψω.

(e) Lib. iv, ep. 159, χρῆ τοιγαροῦν μιγνύναι τὴν παρῆρσιαν τῇ προσσηνείᾳ, καὶ τῷ ἐλέγχῳ κερνᾶν τὴν ἀγαθὴν, καὶ οὕτω νοθετεῖν.

(f) Lib. ii, ep. 16.

revera suum duxit esse officium, Heumannus, si sibi constare vult, eum hypocritis ascribat necesse est, quippe qui epistolas quidem adhortandi causa scripserit, sed has non miserit illis quorum præfixit nomina, contentus eas recitasse coram discipulis. Si vero Isidorus illud suum non esse officium credidit, mendax est illam ad Maronem conscribens epistolam.

Nos he Isidorum pro simulatore ac dissimulatore habere debeamus, ab Heumanni sententia recedimus, atque lectorem quemque septem illis, quarum enumeratio sequitur, epistolis attento animo perlectis, confidimus nostris futurum esse partibus. Vide igitur lib. II ep. 21, *Hermogeni episcopo*; lib. III ep. 35, *Hieraci presbytero*; lib. III ep. 70, *Ophelio grammatico*; lib. III ep. 270, *Lampetio episcopo*; lib. III ep. 282, *Archontio temp. gerenti*; lib. IV ep. 205, *Olympio presbytero, scholastico*; lib. V ep. 219, *Theodoro diacono*.

Cum his litteris conferri possunt aliæ permultæ, quibus Isidorus, se viris illis petulantibus et luxuriosis epistolas sæpius misisse, plane declarat; velut, lib. III ep. 67, 90, 323, 397; lib. V, ep. 84, 210, 285, 564.

Cum igitur Isidorus ipse multis locis declaraverit, se Eusebio episcopo, Zosimo, Maroni, Martiniano et Eustathio presbyteris litteras misisse, vix intelligi potest quomodo Heumannus omnes, quæ ad homines istos datæ sunt, epistolas in umbra scholastica, ut ipse ait, compositas, neque ad eos quorum præfixa sunt nomina missas fuisse, statuere potuerit; præsertim cum ipse p. 15 se Isidori epistolas perlegisse, justaque adhibita attentione perlustasse affirmaverit.

At non sufficit aliorum opiniones refutasse, verum meam de Isidori epistolis sententiam explicabo, quam, si fieri potest, veterum scriptorum testimoniis firmisque, quæ ex ipsis hujus viri litteris deprompta sunt, argumentis, probari oportet. Ego autem verum sensisse arbitror Schroëckhium (a), qui plurimas Isidori epistolas non ea forma qua in editis excusæ sint exemplaribus, ab auctore scriptas esse, sed a monachis excerptas ad nostram usque ætatem pervenisse, acute conjecit. Cum vero ipse argumentis hanc suam sententiam probare ab instituti ratione alienum esse censuerit, nobis hæc relicta est provincia.

Favet autem, ut equidem arbitror, Schroëckhii conjecturæ illud Irenæi dictum, quod prima jam attulimus hujus commentationis parte, cujusque verba huc spectantia hæc sunt: «Has omnes beati Isidori (epistolas) — excerptas et transtuli ex epistolis ejus duobus millibus.» Quæ verba duplici quidem modo explicari possunt. Nam Irenæus, ut Lupus præclare notavit, non omnes Isidori epistolas in vetustissimis illis Acæmetensis monasterii codicibus perscriptas, verum eas tantum quæ ipsi usui

(a) Schroëckh. *Hist. eccl.* vol. XVII. p. 526.

A esse poterant, in suum transtulit opus. Inde facillime quispiam colligere possit, Irenæum nihil aliud dicere voluisse, nisi se e multis Pelusiotæ epistolis quasdam suæ opinioni faventes elegisse easque transtulisse. Attamen tum verbis, tum rei mihi quidem videtur esse aptior altera horum verborum explicandi ratio. Statuo enim, Irenæum verbis illis hanc subsessisse sententiam: Has omnes Isidori epistolas non ad verbum descripsi, sed excerptasque in meum transtuli opus. — Et certe operam perdidisset, nisi ea tantum Isidori verba, quibus sententiam suam probari posse judicabat, verum etiam quæ ad rem prorsus non pertinebant, omnia nempe quæ formam spectant epistolice, salutationes aliaque ejusmodi, descripsisset. Quod cum tam facile sit intellectu, non solum Irenæum, verum multos harum epistolarum descriptorum idem sensisse arbitror. Neque qui Isidori litteras quæ in editis Patrum exstant catenis, cum illis quæ in editione Parisiensi excusæ sunt, conferet, hanc sententiam pro mera habebit hypothesi. Etenim ex instituta comparatione catenarum auctores Pelusiotæ epistolas non religiose descripsisse facillime intelligitur. Quod etsi exemplis quibusdam statim possim ostendere, tamen, cum ab instituti nostri ratione non alienum sit, omnia quæ catenas cum litteris a Chatardo, Rittershusio et Schotto editis comparantes notavimus, cum lectore communicare benevolo, et cum, probata aliis quoque argumentis Schoëckhii sententia, ad hanc rem recurrendum sit, hic nobis omnia illa liceat omittere.

Deinde autem ex eo quod plurimæ Isidori epistolæ omni carent forma epistolice, eas non sic uti in editione Parisiensi exstant, ab auctore scriptas esse jure colligitur. Cf. lib. I, ep. 103, 161, 228, 236, 258, 244, 279, 294, 295, 296, etc.

Tertium et quidem gravissimum, quo hanc de Isidori epistolis sententiam conamur probare argumentum ab epistolis quæbis in editis exstant exemplaribus petitum est. In his enim maximam partem ad verbum sibi respondentibus interdum fit, ut res in altera multis verbis exposita, in altera paucis absolvatur; ut cogitatum in hac prorsus omissum in illa adjiciatur, ut denique miræ reperiantur multorum verborum transpositiones. Quæ omnia, ut equidem arbitror, tum demum recte explicare poteris, si Schroëckhii favebis sententiæ. Sed ut lector quisque de hac re judicare possit, exempla quædam afferantur necesse est.

LIB. II, EP. 162.

LIB. V, EP. 116.

Ἐπειδὴ γέγραφεσ θαναμάζειν, ὅπως τὸ ἱερᾶσθαι Ζώσιμον τὸν δοχοῦντα εἶναι πρεσβύτερον δεινὸν ὄν, οὐ δεινὸν εἶναι δοκεῖ τῷ παρανόμως αὐτὸν (b) χει-

Ἐπειδὴ γέγραφεσ θαναμάζειν, ὅπως τὸ ἱερᾶσθαι Ζώσιμον δεινὸν ὄν, οὐ δεινὸν εἶναι δοκεῖ τῷ παρανόμως χειροτονήσαντι ἀνεπιστέλλω ὅτι οὐ μὲν

(b) Αὐτῶ codd. Vat. 649, et Alt.

ροτησαντι, φησαιμι δε  
αυτος μεν απο μισοπονη-  
ρου και φιλαγαθου τρο-  
που δικαιως αναγκαις·  
ουδεις γαρ προς τουτ' αν-  
τερει (α). Εγω δε σοι κα-  
κεινο παραινεσαι δικαιον  
ψηθην, καθαραν κακηγο-  
ριας (β) την γλωτταν δια-  
τηρησαι. Ει γαρ κακεινος  
μυριων, ως γεγραφας,  
εστιν δεξιος θανατων, μη-  
δε (c) τη τιμη βελτιωθεις,  
αλλ' οπλω κακίας τη λε-  
ρωσύνη χρησησάμενος και  
τολμων τα αδολμητα· διδ  
οκ παρὰ του δεκαστου  
κριτου, ει μη γνωσιμαχη-  
σαι, σφοδροτάτας απαι-  
τηθήσεται δικας· ου γαρ  
δικος ο θεός· αλλ' ουν (d)  
το σαυτου στόμα μιαινειν  
ουκ ειης δικαιος, τας μια-  
ρας εκεινου πράξεις εκ-  
κωμωδων.

LIB. IV, EP. 56.

Η εκ φιλαρχίας, οί-  
μαι, η εκ προλήψεως, δύο  
δυσκαταγωνιστων παθων,  
τας αιρέσεις τετέχθαι· οι  
μεν γαρ (e) εν τοις υπη-  
κόοις μη αξιώσαντες ει-  
ναι, μηδε καταδεξάμε-  
νοι νεωτέρας διδασκαλιας  
σπέρμα καταβλήχασι,  
τοις καθεστωσιν εμμενειν  
μη καταξιώσαντες.

LIB. I, EP. 271.

Η φύσις η άνθρωπεια,  
θαυμάσια, ουτε ανεπιδεκ-  
τός εστι κακού, ουτε φυ-  
σικώς κέκτηται τα κακά·  
αλλά γνώμη ταυτα προσ-  
ειμένη την των καλων (f)  
υπομένει απόπτωσιν.

LIB. I, EP. 272.

Εκεινο ο γεγραφας (g)

απο μισοπονηρου τροπου  
εικότως αναγκαις· ου-  
δεις γαρ προς τουτο αντι-  
είποι· Εκεινο δε σοι πα-  
ραινεσαιμι, καθαραν κα-  
κηγοριας την γλωτταν  
διαφυλάξαι· ει γαρ εκει-  
νος μυριων δεξιος, ως  
γεγραφας, σκηπτων, μηδε  
τη τιμη βελτιωθεις, αλλ'  
οπλω κακίας τη λερωσύνη  
χρησησάμενος, και τολμων  
αδολμητα· αλλά σύγε το  
σαυτου στόμα μιαινειν  
ουκ οφελεις, τας μιαρας  
εκεινου πράξεις εκτρά-  
γηδων, και την των τρο-  
πων σκαιότητα διηγούμε-  
νος.

LIB. V, EP. 239.

Η εκ φιλαρχίας, οίμαι,  
η εκ προλήψεως, δύο  
δυσκαταγωνιστων παθων,  
τας αιρέσεις τετέχθαι (h).  
οι μεν γαρ εν τοις υπη-  
κόοις μη αξιώσαντες ει-  
ναι· οι δε μετα το προ-  
ληφθηναί, διδαχθηναί μη  
καταδεξάμενοι, νεωτέρας  
διδασκαλιας σπέρματα κα-  
ταβλήχασι, τοις καθε-  
στηκόοις εμμεναι μη  
αξιώσαντες.

LIB. I, EP. 303.

Η φύσις η άνθρωπεια,  
θαυμάσια, ουτε ανεπιδεκ-  
τός εστι κακων, ουτε φυ-  
σικώς κέκτηται τα κακά,  
αλλά γνώμη και βαθυμία  
την απόπτωσιν υπομένει  
των χρηστων· οπερ και  
ο πρώτος πέπονθεν αν-  
θρωπος και των ορων

και ο πρώτος πέπονθεν  
άνθρωπος, αλλ' ο δευτερος  
αυτη την προτεραν μορ-  
φήν αποδέδωκεν, εν εκεί-  
νη αφράστως γενόμενος,  
και ταυτην θεοπροπως  
διορθωσάμενος.

LIB. V, EP. 474.

Παυλῶ.

Τας αρετας τιμα, μη  
τας ευημερίας θεράπευ-  
αι μεν γαρ θάνατον εισι  
χρημα, αι δε βραδύς σβέν-  
νυνται.

της σωτηρίας εξίπεσεν,  
ην αυτη πάλιν ο δευτερος  
εξ αυτου (i) αποδέδωκεν  
άνθρωπος, ο την αληθη  
φύσιν ημων εν αυτω επι-  
δεξάμενος (j). Θεός γαρ  
ων αληθώς, γέγονεν αν-  
θρωπος αληθώς· εκ δύο  
φύσεων (k) εις Υιός ων του  
θεου, ου τραπεις οπερ ην  
εν τω γενεσθαι ο εσμεν.

LIB. II, EP. 416.

Παυλῶ περι εορτων.

Τας αρετας τιμα, μη  
τας ευημερίας θεράπευ-  
αι μεν γαρ θάνατον εισι  
χρημα, αι δε βραδύς  
σβέννυνται. Και ταυτα  
μεν εις τοσουτον. Μη αγ-  
νοει δε οτι ο θεός τας  
εορταις και παλαι και νυν  
εγκατέδωκε των ευεργε-  
σιων τα υπομνήματα, εν'  
οι πανηγυρίζοντες εναι-  
ολον την τουτων μητην  
εχοντες, μη εις μέθην,  
αλλ' εις ευχαριστιαν και  
αρετην τρέπουντο.

His, quas ultimo loco attulimus, litteris inter  
sese collatis solis luce clarius apparet, virum qui  
huic Isidori epistolæ addidit inscriptionem περι εορ-  
των, quique longiorem ejus tradidit recensionem,  
eam si non ad verbum, at certe religiose descrip-  
sisse; hunc vero ethicum illud præceptum magni  
æstimantem, et quid Pelusiota de festis censuerit  
parum curantem omisisse. Quæ mea sententia mi-  
rum in modum eo confirmatur, quod Cotelerius in  
*Ecclesiæ Græcæ Monumentis* (l) in codice manu-  
scripto, ex quo Patrum apophthegmata ad ethicen  
spectantia collegit, primam tantum hujus epistolæ  
partem exstare tradidit.

Postremo in medium proferre placet, quas p. 47  
ultimo loco attulimus Isidori epistolas:

LIB. V, EP. 221.

Ευτοριῶ διακόνῳ.

Ισθι, ὦ αγαθὲ, οτι ει  
οιστὰ και φορητὰ και  
εύιατα πταισοιμεν, και  
πάθοιμεν τι ενταυθα δει-

LIB. III, EP. 203.

Ευτοριῶ διακόνῳ (m).

Ει μεν οιστὰ και φο-  
ρητὰ (n) και εύιατα άμαρ-  
τήσαντες, πάθοιμεν τι εν-  
ταυθα χαλεπὸν αποτριβό-

(a) Άντερειν codd. iud.

(b) Κατηγορίας cod. Bav.

(c) Μηδεν cod. Bav.

(d) Ουν γε Codd. Vat. 649. et Alt.

(e) Οίμαι addit codd. Bav.

(f) Χρηστων cod. Bav.

(g) Γέγραφα cod. Vat. 649. et Alt.

(h) Τετέχθαι codd. Vat. 650. et Alt.

(i) Εξ ούρανοῦ codd. Vat. 649, Alt. et Bavar.

(j) Επειδειξάμενος cod. Bav.

(k) Έν δύο φύσεσιν Chat. et Bill.

(l) Tom. I, p. 188.

(m) Εύσταθίῳ διακόνῳ cod. Vat. 650.

(n) Sic scribendum esse ex illa libri v epistola  
conjecimus. Chatardus excudi curavit, εις τα και  
φορ.; Kittersh., εις και τα φορ. — Cod. Vat. 650,  
οι και τα φορ.

νῶν, ἀποτριβόμεθα τὰ πταίσματα· εἰ δὲ ἀπάνθρωπα καὶ δεινὰ, κάκεισε τιμωρηθῆσόμεθα, κουφοτέρων μὲν, εἰ κἀνταῦθα τι πῆθοιμεν, βαρύτερον δὲ, εἰ ἀπαθεῖς ἀπέλθοιμεν. Ἄλλ' ἵνα μὴ λέγειν ἔχοις, ὡς αὕτη ἀπόφασίς ἐστὶ καὶ ὡς ἀπόδειξις, διὰ μαρτυριῶν ἀξιόχρεων βαδιέεται ὁ λόγος. Περὶ οὖν τῶν ἐνταῦθα ἀποτριβομένων τὰ πταίσματα, μάρτυς παραγραφῆν μὴ ἐπιδεχόμενος ὁ θεσπέσιος Παῦλος, λέγων περὶ τῶν ἀναξίως τῶν μυστηρίων μετεληφθέντων· διὰ τοῦτο ἐν ἡμῖν πολλοὶ ἀσθενεῖς καὶ ἄβρωστοι, καὶ κοιμῶνται ἔκαιοι. Εἰ γὰρ ἑαυτοὺς διεκρίνομεν, οὐκ ἂν ἐκρινόμεθα· κρινόμενοι δὲ ὑπὸ Κυρίου παιδευόμεθα, ἵνα μὴ σὺν τῷ κόσμῳ κατακριθῶμεν. Καὶ τὸ εἰρημένον δὲ πρὸς τὸν ἀποτηγανιζόμενον πλούσιον, ταύτης ἐστὶ τῆς ἔννοιαις, ὅτι· Ἀπέλαβες τὰ ἀγαθὰ σου ἐν τῇ ζωῇ σου, ὁμοίως δὲ καὶ Λάζαρος τὰ κακὰ· τοῦτέστιν· Εἰ πέπρακται σοὶ τί χρηστὸν, τοῦτ' ἀπέληφας, τρωφῆσας καὶ μηδεμιᾶς πειρασθεῖς μεταβολῆς· εἰ δὲ τι κάκεινψ πεπλημμέληται, τοῦτ' ἀπεληφεν ἐν τῇ ἀπαρμυθῆτι πενία δεδαπανημένος. Περὶ δὲ τῶν κἀνταῦθα δεδωκότων δίκην, κάκει δωσόντων, αὐτὸς ὁ κριτῆς ἐν Εὐαγγελίοις ἀπεφήνατο· Ἀνεκτότερον ἐστὶ γῆ Σοδόμων καὶ Γομόρρων, ἢ τῇ πόλει

μεθὰ τὰ ἁμαρτήματα. Εἰ δὲ ἀπάνθρωπα καὶ συγγνώμης μείζονα, εἰ μὲν ἐνταῦθα δοίμεν δίκην, κάκει δῶσομεν, κουφοτέρων δέ. Εἰ δὲ τάνταῦθα διαφύγοιμεν, ἄκρατον καὶ ἀπαραμύθητον ὑφέξομεν ἐκείσε τὴν τιμωρίαν. Εἰ δὲ ἀποφάσεις (a) ταῦτ' εἶναι ἡγῆ, ἐγγυησονται αἰθεῖαι Γραφαί. Περὶ μὲν γὰρ τῶν εὐλατὰ ἁμαρτανόντων (b), ἔφη ὁ Ἀπόστολος· Κρινόμενοι δὲ, ὑπὸ τοῦ Κυρίου παιδευόμεθα, ἵνα μὴ σὺν τῷ κόσμῳ κατακριθῶμεν. Περὶ δὲ τῶν ἀνίατα πταισάντων, κἀνταῦθα μὲν δεδωκότων δίκην, κάκει δὲ δωσόντων, αὐτὸς ὁ κριτῆς ἔφη· Ἀνεκτότερον ἐστὶ γῆ Σοδόμων καὶ Γομόρρας (c), ὡς κἀνταῦθα μὲν δεδωκότων, κάκει δὲ δωσόντων μὲν, ἡμερωτέρων δέ. Περὶ δὲ τῶν ἀπαραμύθητον καὶ ἄκρατον ὑπομενόντων τὴν κόλασιν, φησὶν· Ἀνεκτότερον ἐστὶ γῆ Σοδόμων καὶ Γομόρρων, ἢ τῇ πόλει ἐκείνῃ, τῇ τοὺς θεοὺς κήρυκας δηλονότι ἀπελασάση. Τοὺς γὰρ ἐνταῦθα δίκην δεδωκότας τοὺς μὴ δεδωκότας παραβαλῶν, καὶ ἡμερωτέρων φήσας αὐτοὺς δῶσειν, ἀσυγγνωστον καὶ ἀργαλεωτάτην ἀπέφηνε τῶν ἐνταῦθα μὴ δεδωκότων δίκην τὴν τιμωρίαν.

ἐκείνῃ. Καίτοι κἀνταῦθα δεδωκασί δίκην καὶ Σοδομίται καὶ Ἰουδαῖοι, οἱ μὲν κυρὶ δαπανηθέντες, οἱ δὲ πολέμῳ καὶ λιμῷ παραδοθέντες, καὶ εἰς τσαύτην ἀπορίαν καταστάντες, ὡς καὶ τῶν οἰκείων γεύσασθαι παίδων. Πάντως γὰρ ὑπὸ ὀδόντας ἔλθειν ἢ ἀνάγκη ἐξεδιάσαστο.

Etsi equidem magnum inter singula harum epistolarum verba intercedere discrimen non inficior, tamen utramque epistolam Eutonio diacono scriptam esse intelligenti, atque cogitanti mihi de ingenti utriusque, si cogitationum series spectatur et connexus, similitudine, verosimile visum est duos, qui Isidori de pœnarum distributione sententiam afferre voluerunt, viros unam eandemque illius epistolam diverso modo excerpssisse. — Idem de mea quidem sententia statuendum est de illis, quæ p. 47 a nobis in medium prolatae sunt epistolæ.

Quo accepto, epistolarum numerus, quem supra indicavi, imminueretur, nisi Fabricius (d) notaret Michaelem Glycam in epistola 84, ad Joannicum, citasse Isidorum Pelusiotam οὕτως ἐν ἐπιστολαῖς λέγοντα· « Ὅσπερ τὸ σῶμα τοῦ Κυρίου ὑποπεσὸν τοῖς ὀδοῦσι τοῦ ζῆδου φθορὰν μὲν τῆνικαῦτα ἐδέξατο, διαφθορὰν δὲ οὐκ εἶδεν, οὕτω καὶ νῦν αὐτὸ τὸ σῶμα τοῦ Κυρίου τοῖς ὀδοῦσιν ὑποπίπτον τοῖς ἡμετέροις φθορὰν μὲν ὁμοίως ὑφίσταται, διαφθορὰν δὲ οὐκ ἔγνω, ἀλλ' εὐθέως ἀφθαρτιζόμενον τῇ τῆς ψυχῆς οὐσίᾳ δίδοται μόνον, ἀλλὰ καὶ εἰς αἰῶνα συμπαρᾶμεναι ταῖς τῶν δικαίων ψυχαῖς. »

Quæ verba equidem inter epistolas a Chatardo, Rittershusio et Schotto editas invenire non potui. Quare, si illa revera ab Isidoro scripta esse censens, habes ejusdem epistolas mille nongentas nonaginta octo superstites typisque expressas.

Sed illum multo plures scripsisse est verosimillimum. Nam ex eo, quod Facundus (e) duo tantum epistolarum millia commemoravit, nihil aliud mihi quidem consequi videtur, quam hunc eas omnes non habuisse cognitatas. Suidas (f) vero novem et Nicephorus (g) decem millia ab Isidoro scriptas esse affirmarunt. Quorum testimoniis, etsi illos numerum auxisse largiamur, apparet tamen multo plures existisse Isidori epistolas ac penes nos sunt editæ.

enim eadem hæc epistola libro primo ubi locum 360 tenet.

(e) Facund. *Defens. trium cap.*, lib. II, cap. 4.

(f) Suid. s. v. Ἰσίδωρος· Ἐπιστολάς, inquit, ἐρμηνευούσας τὴν θείαν Γραφὴν γ' γέγραψε, καὶ ἐτέρας ζ', καὶ ἄλλα τινά. Sic ferre codd. emendatos testatur Sirmondus ad Facundi l. c.

(g) Niceph. *Hist. eccl.* lib. xiv, cap. 53· Πολλὰ μὲν αὐτῷ ἐγράφη ὑφελείας ἀπάσης ἐμπλεῶν μάλιστα δὲ ἐπιστολαί, χάριτος παντοίας μεσσίαι, θείας τε ἅμα καὶ ἀνθρωπίνης, ὡσεὶ χιλιάδες δέκα, δι' ὧν πᾶσαν τε τὴν Γράφην σαφηνίζει, καὶ σύμπαν ἦθος παιδεύει διδασκαλικώτερον ποιούμενος τὴν ὑφήγησιν.

(a) Cod. Vat. 650, ἀπόφασιν.

(b) Cod. idem, ἁμαρτανόντων.

(c) Cod. idem, Γομόρρων.

(d) Fabric. *Bibl. gr.* l. c. p. 254. — Idem eodem loco Isidori epistolas complures a Leontio Byzantino laudatas esse tradit, in illisque unam ad Theonem, quam, ut ipsius utar verbis, in editis diu incassum quaeras. Vult autem ut ex indice scriptorum in Leontii contra Nestorium libros (p. 174.) apparet, eam Pelusiotæ ad Theonem epistolam significare, quam ille in primo contra Nestorium et Eutychem libro protulit. — Cf. Maxima biblioth. VV. PP. tom. ix, p. 681. — In eo tamen fallitur Fabricius. Exstat



## PARTIS SECUNDÆ

## APPENDIX DUPLEX:

COLLATIO EPISTOLARUM QUÆ IN EDITIS ET INEDITIS PATRUM CATENIS EXSTANT.

*Vide infra ad calcem Epistolarum Isidori.*

## PARTIS SECUNDÆ APPENDIX III.

ISIDORI PELUSIOTÆ.  
EPISTOLARUM CODICES MANUSCRIPTI.

*Codices quatuor Acemetensis monasterii omnium A* vetustissimi continuerunt, uti Irenæus et auctor anonymus, quorum testimonia p. 13, 14, a nobis allata sunt, tradidere, duo millia epistolarum, quas easdem fuisse, atque nos habemus excusas, arbitratur Tillemontius et Fabricius; neque ego, quo doctissimorum virorum sententia aut debilitetur aut confirmetur, quidquam possum proferre.

*Billii et Chatardi codices.*

Jure autem mireris eorum negligentiam et incuriam, qui Isidori epistolas ediderunt, neque codices, quibus usi sunt, accurate describere. Etenim Chatardus in sua ad Godofredum Billium Epistola, quæ editioni ejus præfixa est, p. 4, Ludovicus, inquit, *Barus præter alia multa exemplaria hujus nostri Isidori græcas epistolas ex museo Cardinalis Sireleti eleganter scriptas fratri tuo, interpreti nostro, misit. Quæ ei tanto gratius fuere, quanto magis depravati erant et mendis scatebant codices illi, quibus tum utebatur.* Neque alibi accuratiorem horum codicum descriptionem invenire potui.

*Rittershusii codex Bavaricus.*

Eodem jure Rittershusium quoque vituperare licet, quippe qui in epistola ad Janum Gruterum, editioni ejus præfixa, nihil de codice, quo usus est, dicit, quam sibi illum e bibliotheca principis Bavaricæ esse traditum.

Sed Hardtius in catalogo CODD. bibl. reg. Bav., vol. I, p. 247, 248: *Cod. XLIX, est chartaceus, inquit, charta solida et levi, titulis et initialibus miniatissimis, litteris minutis et elegantibus, cum correctionibus marginalibus, in-folio, a Petro Carneade Epidaurio Venetiis exaratus, sæc. XVI, foliorum numero 420, optime conservatus et inscriptus.* Continetur autem eo:

fol. 1. — fol. 173.

Ἡ ἐπιστολαὶ τοῦ ἁγίου Ἰσιδώρου τοῦ Πηλουσιώτου εἰς τὴν ἑρμηνείαν τῆς θείας Γραφῆς περὶ τῆς τοῦ πάντος δημιουργίας εἰς τὸν στέφανον ἐνιαυτοῦ καὶ τροχοῦ γενέσεως. — Sunt epp. 659, quarum prima ad Isidorum episcopum, ultima ad Paulum data est;

quæque omnes ex hoc codice in officina Commeliniana anno 1605, græce et latine editæ sunt (curante Rittershusio). In fine codicis habetur index alphabeticus initiorum epistolarum a Gretsero editus.)

fol. 173. — fol. 250.

Exstant aliæ Isidori epistolæ 489, quarum prima ad Nilum (lib. I. ep. 1), ultima ad Zosimum (lib. II. ep. 298.) scripta est, easque Hardtius cum editione Veneta, quæ prodit anno 1745, contulit, quodque, ut ipse dicit, in illa diversum fuit, notavit. Fieri autem non potuit quin omnes, quas exscripsit ille, scripturæ diversitates ad epistolarum pertinerent inscriptiones, cum latine tantum in illa editione exstent Isidori epistolæ. Quare operam omnino videtur perdidisse, præsertim, cum omnia fere a Rittershusio, jam notata essent, his tantum exceptis:

Lib. I. ep. 394, cod. Bav. Ἐκδίκω — ed. Ven. Ecdicio. — lib. II. ep. 109. Bav. Μαρώνη — Ven. Marco. — lib. II. ep. 161. Bav. Ἀφροδισίω. — Ven. Aphrasio. — lib. II. ep. 235. Bav. Παύλω πρεσβυτέρω — Ven. Hermino comiti.

Huic vero libro manuscripto similis est ejusdem bibliothecæ cod. L., in quo inde a fol. 249 eadem exstant Isidori epp. Hardtius enim l. I. p. 277, Quum ab iis, inquit, quæ in cod. 49. habentur, non differant, lectorem ibi remitto plura quæsiturum.

Cæterum a Hardtio edoctus quæ Montefalconius in *Bibl. bibl.* p. 588. E. n. xcvi. et xcvi. de duobus his codd. tradidit facili opera et supplere poteris et corrigere. — Cf. Harles ad Fabr. *Bibl. græc.* vol. X, pag. 482, lin. 2 — lin. 7.

Dicenti vero mihi de Rittershusii codice Bavarico liceat etiam alios ejusdem bibliothecæ commemorare libros manuscriptos, in quibus Isidori epistolarum extant fragmenta.

Cod. cclxxvii. fol. 332. Τοῦ ἁγίου Ἰσιδώρου τοῦ Πηλουσιώτου ἀπόκρισις περὶ τῆς βραχυλογίας τοῦ Πάτερ ἡμῶν. — cf. Hardt. l. I. Vol. III. p. 163.

Cod. cccclxxvi. Ἰσιδώρου τοῦ Πηλουσιώτου περὶ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἀναστάσεως. — Init. Ἀὐτὸν θαυμάζω καὶ ἐκπλήττομαι — Fin. — μὴ ἠληθευκέναι δυσχυρίζομενοι. Cf. Hardt. l. i. vol. iv, p. 184.

*Schotti Codex.*

Uti Chatardus et Rittershusius ita Schottus de codice, quo usus est, Vaticano nihil dixit.

*Francisci Areudii codices sex.*

Vaticanus 649.

Vaticanus 650.

Altæmsis 1.

Altæmsis 2.

Sfortianus, qui idem forsitan est atque ille, quem Montefalconius, codices Cardinalis Sfortiæ enumerans, — cf. Ejusd. *Bibl. bibl.* p. 699, D. — Isidori epp. 58. continere tradidit. Cæterum in alio ejusdem Bibliothecæ manuscripto exstant Pelusiotæ ad Theognostum presbyterum de triduo resurrectionis, et ad Timotheum lectorem de eadem re epistolæ. Cf. Montefalc. l. i. p. 699, B.

Barberinus 6.

De omnibus his nos quoque accuratius agere non possumus, quia Petrus Possinus, qui Areudii edidit collationes, ne verbo quidem illos descripsit; neque in aliis codicum catalogis eosdem commemoratos invenimus.

*Codex bibliothecæ Cardinalis Ottoboni*

continet Isidori epistolas M. — Cf. Montf. l. i. p. 185 A.

*Codex monasterii Cryptæ Ferratæ*

anno 986 post Christum scriptus, continet Isidori epp. 1600; cf. Montf. l. i. p. 199, B. — Ejusdem diar. Ital. p. 368. — Ejusdem Paleographia græca p. 45, ex ed. Par. 1708.

*Codex in aliqua bibliotheca Romana,*

cujus nomen excidit Montefalconio, continet Isidori, Synesii et Libanii epistolas. Cf. Montf. l. i. p. 201, D.

*Codices Laurentiani.*

Bandinius in catalogo codd. gr. bibl. Laurent. vol. II, p. 606, n. viii. codice xvi. plutei 60. contineri tradit:

Τοῦ ἀγίου Ἰσιδώρου τοῦ Πηλουσιώτου ἐπιστολαὶ σὺν τεχνολογίᾳ. Sunt autem epistolæ decem:

- 1) Ζηνοδότῳ. inc. Εἰ καὶ Νῶε τῆς οικίας —
- 2) Ζευσίμῳ. inc. Ἡδέως ἀν ἐροίμην σε —
- 3) Οὐκ ἔστιν ἀδελφοὶ ἀσκήσεως πληροφορία —
- 4) Ὁ τοῦ Θεοῦ ἱερεὺς ἐπειδὴ ἐγγίξει —
- 5) Ζύμη ἢ βασιλεία τῶν οὐρανῶν ἀφωμοίωται —
- 6) Χρὴ τοὺς τὴν ἀνθρωπίνην εὐγένειαν —
- 7) Ὅσπερ οἱ ναυτικοὶ βρώματι —
- 8) Εἰ λόγοις ἐτρώθεις —
- 9) Ἄρτος ὁ Κύριος κέκληται —
- 10) Εὐσεβίῳ ἐπισκόπῳ. inc. Ἡδύνασο ἐπικουραῖν τοῖς βοηθείας προσδεομένοις. Idem Bandinius l. i. vol. III. p. 298, n. iv. Isidori epp. 411 in cod. viii.

plut. 86. exstare affirmat, quarum duplicem dedit recensionem, alteram secundum ordinem quo litteræ in codice exhibentur, appositis singularum initiis, alteram secundum litteras alphabeti. — Nescio autem num hic codex idem sit, atque ille, quem Montefalconius l. i. p. 406, A in eadem bibliotheca exstare, et epp. 312 continere tradidit.

*Codices bibliothecæ S. Marci Venetiis.*

1) Jam Sixtus Senensis in quarto bibliothecæ sanctæ libro se codicem, Isidori epistolas 1148 continentem, ibi reperisse tradidit, eundemque, teste Fabricio, Montefalconius, in diario Italico p. 42, sæculo XIV, exaratum memorans, epistolas 1200 continere testatur; quibus Bessarion Venetorum dono dedit senatui, catalogum, quem idem Montefalconius in *Bibl. bibl.* p. 467-477 exhibet. Commemoratur enim in hoc p. 473, A Isidori epistolarum 1148 codex chartaceus. Finito autem hoc catalogo p. 477, Ex tanta, inquit Montefalconius, suppellectile hanc solum brevissimam codicum notam accipere potui:

« Codex sæculi XIV. Ἐπιστολαὶ τοῦ ἀγίου Ἰσιδώρου τοῦ Πηλουσιώτου εἰς τὴν ἐρμηνείαν τῆς θείας Γραφῆς περὶ τῆς τοῦ παντός δημιουργίας. — Initium epistolæ primæ est ἐπειδὴ κυκλικὸν ἔστι τοῦ χρόνου τὸ σχῆμα — (hoc etiam ab Sixto Senensi notatum fuit.) — Epistolæ igitur, ita enim pergit, ad diversos missæ numero 1200 quæ ad interpretationem sacræ Scripturæ conferunt, secundum ordinem librorum et versuum V. et N. T. digestæ sunt. Quum autem inter Isidori epistolas, quæ ad ter mille cussæ sunt, multæ in explanandis sacræ Scripturæ locis versentur, non ausim dicere easdem aut diversas esse ab iis, quæ in isto codice comparant. » Hactenus Montefalconius. Fabricius vero ex codicis initio, ἐπειδὴ κυκλικὸν ἔστι — quod, uti jam a Caveo notatum sit, nulli ex editis congruat, plures in hoc codice latere Isidori epistolas adhuc ineditas collegit. Sed erravit vir alioqui cautus et diligens. Etenim illud est initium primæ libri quarti epistolæ; quod jam a Rittershusio in nota ad hanc epistolam secunda adnotatum video, in qua ille, Id mihi, inquit, satis argumenti est præter alia, quæ domi habeo, ex codice illo Veneto Bavaricum, unde has epistolas depremissas publici juris primi fecimus, descriptum esse. Quare et in editionis suæ titulo excudi curavit: « Quartus liber nunc primum exit novus, ex eodem eod. Bav., cui Venetus in *Bibl. S. Marci* respondet. » Et sane id hujus viri favet sententiæ, quod Hardtius in catalogo cond. bibl. Bav., cujus verba supra a nobis allata sunt, Rittershusii codicem a Petro Carneade Epidaurio sæc. XVI. Venetiis exaratum esse tradidit.

Sed utut hæc sint, id habeo certissimum, quod Laurentius Theopulus in græca divi Marci bibliotheca affirmat, scilicet, exstare in codice cxxvi, chartaceo, qui sæc. XIV. exaratum sit, S. Isidori Pelusiotæ epistolas 1148, easque omnes in editione Parisiensi jam excusas esse, præter unam Paulo in-

scriptam, cujus initium : Ὅτι δὲ ἐπιμόνας ἔχειν τῇ Ἀμαλέτῃ—Priores 484., sic deinde pergit, continent sacrae Scripturae interpretationes : sequentes 175, circa varia argumenta versantur : postremae 489 titulis carent, et fere omnes in primo et secundo libro praedictae editionis reperiuntur; pleraeque diversis ac in editis nominibus inscriptae sunt.

II. Eodem Laurentio Theupulo teste — cf. l. 1, p. 283. — Cod. DXXV continet Isidori epistolae 13.

1) Zosimo. inc. Τῶν ἀνθρωπίνων ἀμαρτιῶν — 2) Ad ascetas jejunantes. inc. εὐθύνας ὑπέξιν — 3) Hieraci clarissimo. inc. βλος ἀνευ λόγου — 4) Eutonio diacono..... πάντα ποιούντων ἡμῶν. — 5) Eidem. inc. τοῖς δεινοῖς ἀνδράσι — 6) Archontio monacho. inc. τῇ λαβίδι λαβῶν — 7) Ermino. inc. ὑποθές τὴν χεῖρά σου — 8) Epagatho presbytero. inc. ἐπεγράφη ὁ Κύριος ἐν τῇ μήτρᾳ — 9) Paulo Archimandritae. inc. πόλλην ὡς ἔγνωσεν — 10) Strategio. inc. βάβδον καρυτῆν. — 11) Theopempto. inc. τὴν συκῆν οὐχ ἀπλῶς — 12) Lampecio monacho. inc. πολλὰ προφάσεις εἶσι — 13) Theodulo..... σκανδαλίζῃ ἐπὶ τῇ κόνῃ — 15) Gorgonio. inc. πολυδύναμον καὶ πολυθρόλλον —

#### Codices Vindobonenses.

I. Lambecius in commentariis de bibl. Cæs. Vindob. lib. v, p. 245. « Cod. CCXCI est, inquit, chartaceus, antiquus et bonae notae in quarto, sed in principio et fine mutilus, constatque nunc foliis trecentis undecim. » Continentur eo hæc :

« Primo, et quidem a fol. 1, p. 1, usque ad fol. 300, p. 4, S. Isidori Pelusiotæ epp. 1000 de interpretatione sacrae Scripturae, quarum quinque priores omnino desunt, sexta autem ad Arsenuphium dimidia parte priori est mutila, atque incipit hæc his verbis : ἀλλ' ἵνα μὴ παντελῶς φαντασθῶμεν — Ultima demum sive millesima ad Lampetium episcopum inscribitur, atque incipit hoc modo : Λαμπετίῳ ἐπισκόπῳ. Διὰ τὰ πρὸ Ζώσιμον. — Ἄλγῳ μὲν καὶ αὐτὸς κομῶν — Opera pretium autem fuerit has Isidori epp. accurate conferre cum editionibus impressis. Forsan enim in hoc codice quaedam exstant nondum edita. » — Quam vero Lambecii opinionem falsam esse contendit Kollarus in edit. bibl. Lamb. tom. V, p. 509, ubi hæc exstant ejusdem verba : « Cæterum diligenter collato hocce codice cum Isidori epistolae Parisiis anno 1638, a Morellio vulgatis, ne unam quidem ineditam, imo tres editas in codice nostro desiderari, comperi; scilicet eas quæ in editis lib. II, n. 128, 277 et 297, leguntur. Deinde, sic enim pergit, in libros partitionem codex noster non agnoscit, neque ultra eam, quæ in vulgatis est libro III, ep. 200, progreditur. »

II. Codex CCXCII, ejusdem bibliothecæ est, Lambecio l. I. p. 246; et Kollario l. I. p. 520, 521, testibus, chartaceus, antiquus, in-quarto, constatque foliis trecentis sedecim. — Continentur eo : « S. Isidori Pelusiotæ epp. 93 de interpretatione sacrarum Scripturarum, quarum prima ad Palladium diaco-

num (lib. III, ep. 216), ultima autem ad Lycænam (lib. I, ep. 179.) data est. Notandum præterea est inter epistolas unam esse, quam inter epp. a Rittershusio et Schotto editas non reperi, nempe duodecimam ad Thalelæum monachum, cujus titulus et principium : Θαλαλαίῳ μοναχῷ. Ἐν τῇ σκηνῇ τῶν θεάτρων ἀρμόδιον, τίς σε οὐ κερμαδῆσει κ. τ. λ. » Cf. Montefalc. *Bibl. bibl.* p. 550. B.

III. Codex CCXIII. duodecim continet Isid. epp., quarum prima ad Theodosium scholasticum sic incipit : Τὸ περισσὸν ἢ ἀλλότριον. — Cf. Montefalc. *Bibl. bibl.* p. 548. B.

IV. Codex CIV. est Kollario teste chartaceus, foliorum trecentorum et sedecim, sæc. XV. initio scriptus. Continentur autem, ut idem in supplemento ad Lambecii commentarios libro primo p. 644, 645 tradit, in eo inde a folio 281 Isidori Pelusiotæ epp. 414. — « Auctoris quidem, ita pergit ille, nomen in exempli fronte non comparet, sed cum illud, tum etiam epistolarum numerum indicaverat Cl. Teugnagelius, præscripto suo manu hoc titulo : S. Isidori Pelusiotæ epp. quatuordecim et quadringentæ. 414. Hæc ille. Prima sine epigraphæ incipit : Οἱ μὲν ἄγιοι τῆς μοναχικῆς φιλοσοφίας κορυφαῖοι καὶ ἡγεμόνες — Data fuit ad Nilum monachum, quæ in impressis etiam exemplis primum locum occupat. Cæterum de hoc codice Forlosiæ nostri judicium erat hoc : Epistolarum, inquit, ordo idem plane est, ac is, qui in edit. Par. Jacobi Billii servatur; sed multas variantes ab illa lectione obiter observare nobis contigit. » — Cf. Montef. *Bibl. bibl.* p. 562, A.

Quod vero contendit Fabricius bibl. gr. lib. v. cap. 37, §. 3, p. 255, cf. ed. Harl. vol. x, p. 480, Lambecium libro I, p. 149 testari codicem epp. 2000 græcum in bibl. Vindob. exstare, mihi quidem egregii hujus viri error videtur esse. Nempe Lambecius inde a p. 147 bibliothecam Constantinopolitanam ab Antonio Verderio etiam pluribus scaterere mendis conatur probare. Quem ad finem catalogum librorum 174, a grammatico quodam exhibitum, eodem, quo illum excudi curavit Verderius, modo refert, simulque a Cæsareo hujus catalogi codice meliorum adjicit scripturam. Itaque allatis compluribus, quibus sententiam de Verderii bibliotheca suam probet, exemplis p. 149, in hunc pergit modum : « Epistolæ, Isidori Pel. numero mille et duo. In codice Cæsareo scribitur χιλιάδες δύο bis mille, sive duo millia. »

#### Codices bibliothecæ Parisiensis.

Cod. MDCCLXXXII continet epp. 1213, isque codex sæculo XIII exaratus dicitur. — Cf. Montefalc. *Bibl. bibl.* p. 732, A, p. 775, D.

Cod. DCCCCXLIX, epp. aliquot. — Cf. Montefalc. l. I. p. 731, A.

Cod. DCCCLXVII, n. IX. epp. 7.

Cod. MCLLX, Isidori fragmentum de libris canonicis. cf. Appendix ad Catal. codb. Paris. vol. II, p. 619.

Cod. MCLLXII, n. 28, ep. 3, n. 33, ep. 1.

Cod. **MMXXVI**, n. 6, epistolam ad Cytium.

Præterea quæ supra jam attulimus conferenda sunt.

*Codices Taurinenses.*

Codex **CLXXXII**, fol. 1 — fol. 16. Isidori epistolæ. — Cf. catal. cod. hujus bibl. auctore Josepho Pasino vol. I, p. 259. — Montefalc. *Bibl. bibl.* p. 1398, E

Idem Montefalconius p. 1397 A codicem exstare tradidit hæc in bibliotheca, in quo exstarent Diadochi et Isidori Pelusiotæ Ascetica.

*In bibliotheca monasterii S. Germani*

exstat teste Montefalconio — I. l. p. 1128, E, — codex, quo continentur 6 Isidori ad Cyrillum epp.

*Codex Gudianus.*

In bibliothecæ Marguardi Gudii catalogo, qui prædiit Kiloni 1706, commemoratur p. 543 liber manuscriptus in-8, in eoque complures τῷ ἁγίου Ἰσιδώρου τοῦ Πηλουσιώτου epistolæ exstare dicuntur. Exstant autem in eo, quem summa doctissimi Eberti mihi concessit liberalitas, epistolæ septem.

1) Lib. I, ep. 209. Inscriptio epistolæ deest in cod. Lin. 1. εἰ τι πλάνης ἐφοδον des. in cod. — 2. P. εἰσέφρησε, C. ἐπισέφρησε — 6. P. τοῦτο θεοῦ, C. τοῦτο τοῦ θεοῦ — 7. P. τυγχάνειν, C. τυγχάνει.

2) Lib. I, ep. 213.

3) Lib. I, ep. 214. P. Δομιτίῳ, C. Δομετίῳ. Cæterum ep. inscr. deest in cod. lin. 1. τὸ deest in cod. — 4. P. εὐτέλειαν, C. ἀτέλειαν. — 5. P. φείσα, C. ἀφείσα. — 8. ἡμῖν deest in cod.

4) Lib. I, ep. 215. Inscriptio deest in cod. Lin. 2. P. ἐφαρμόζει, C. ἀφαρμόζει. — 9. P. μετ' αὐτῶν, C. μὴ —

5) Lib. I, ep. 216. Ζήνωνι πρεσβυτέρῳ deest in cod. Lin. 6. P. καὶ ἐκείνος, C. κάκεινος. — 9. P. ἐλεγχον, C. εἰς ἐλεγχον.

6. Lib. I, ep. 217. P. τῷ αὐτῷ, C. Ζήνωνι. Lin. 1. εἰ deest in cod. — 1. τὰ deest in cod. — 2. τὰ deest in cod. — 3. P. ὑπεραίροντα, C. ὑπεραίροντα (fors ὑπεραίρων ταῦτα). — 5. P. Ἐλεος, C. Ἐλεον. — 5. P. παρά, C. περί.

7) Lib. I, ep. 31. In cod. epistola omni caret in-  
scriptione. lin. 3. ἐν ὀλίγαις ὥραις τὴν αἰώνιον ἑαυτῷ κατασκευάζων κόλασιν des. in cod. — 4. πᾶσαν deest in cod. — 5. πολύτεκτον deest in cod. — 6. μᾶλλον deest in cod. — 6. γνωρίζεσθαι deest in cod. — 8. P. τυγχάνουσιν, C. εἰσιν.

*Codices Upsalenses.*

Cf. Catalogus centuriæ librorum rarissimorum manuscriptorum et impressorum, qui asservantur in bibliotheca academia Upsalensi, auctore Sparvenfeldelio. Upsalæ 1706.

1) Codex **κxvi**, inde a p. 145. Ἐκλογή ἐκ τῶν ἐπιστολῶν Ἰσιδώρου τοῦ Πηλουσιώτου. Continet epistolas 131 et quidem :

A Lib. i. ep. 2, 6, 9, 10, 13, 14, 15, 12, 8, 27, 31, 36, 41, 42, 44, 46, 108, 47, 49, 62, 77, 80, 83, 89, 90, 91, 92, 94, 98, 104, 108, 110, 115, 128, 129, 130, 132, 140, 142, 144, 146, 150, 149, 151, 153, 284, 162, 163, 164, 166, 170, 179, 188, 186, 187, 189, 194, 195, 197, 199, 201, 213, 220, 223, 227, 228, 231, 234, 258, 260, 266, 274, 276, 277, 278, 279, 289, 283, 284, 285, 286, 294, 303, 308, 309, 313, 320, 364, 367, 368, 372, 376, 380, 381, 383, 384, 385, 391, 392, 399, 408, 410, 412, 423, 424, 432, 433, 446, 495.

Lib. ii. ep. 30, 76, 86, 165, 105, 214, 295.

Lib. iii. ep. 49, 66, 67, 68, 74, 124, 129, 137, 138, 140, 143, 144, 145, 146, 157.

B) Codex **κxlv**, inde a p. 196. Ἰσιδώρου τοῦ Πηλουσιώτου ἐπιστολή, quæ sic incipit : ἀκοαί με σκληρὰ ἔξετ. — lib. i. ep. 390. — τοῦ αὐτοῦ. — inc. τὸν μάχας χαίροντα καὶ θορύβοις τερπόμενον ερη.

*Codices Bodleiani.*

Montefalconius in *Bibl. bibl.* p. 643 D codicem **cxcx** sex Isidori epp. continere tradidit. At in catalogo librorum mss. Angliæ et Hiberniæ in unum collectis, qui prodierunt Oxoniæ 1697, inter quos catalogus bibliothecæ Bodleianæ primum locum tenet, traditum est codicem **cxvii** bibliothecæ Barocciæ cum Bodleiana conjunctæ continere Isid. Pel. epp. 6 et quidem :

Lib. i. ep. 349, ep. 435, ep. 339, ep. 153, ep. 37, ep. 151.

Deinde in codice **ccxiii** exstant Isidori epp. 364.

Cæterum reperiuntur Isidori dicta in cod. v. — cod. **lxxvi**. — cod. **cxcx**. n. 19. — cod. **ccxci**. n. 5. — cod. **dccx**. n. 2.

*Codex Wellensis.*

In altero catalogorum illorum volumine, quod librorum mss. ecclesiarum cathedralium et aliarum celebrium bibliothecarum continet catalogos, commemoratur p. 104, n. 4054, codex ecclesiæ Wellensis in-folio, in quo exstare dicuntur Isidori Pel. epp.

*Codex Nanius.*

Inter græcos codices, qui apud Nanius patricos Venetos asservantur, exstat, ut ex illorum catalogo, D qui prodiiit Bononiæ 1784, videre licet :

Codex **cxvii**. n. ix. qui Isidori continet epp.

Cæterum cf. cod. **xxxvii**. p. 46. — cod. **lxx**. n. iv. p. 155. — cod. **xc**. n. ii. p. 180.

Falso autem Harles ad Fabr. *Bibl. gr.* vol. X, p. 481, not. m, col. 2, vers. fin. complures Isidori epistolas in aliquo bibliothecæ Paulinæ codice Lipsiensi exstare affirmat. Male enim hæc verba : « Isidori in libros Scripturæ » quæ e catalogo bibliothecæ illius, a Fellnero edito, Montefalconius in suam *Bibl. bibl.* retulit — cf. p. 595, E, — videtur intellexisse. Continet enim codex, de quo Fellnerus agunt et Montefalconius, commentationes Isidori Hispalensis in multis Scripturæ sacræ libros, aliaque hujus viri scripta philosophica.

## PARS TERTIA.

### ISIDORI PELUSIOTÆ DOCTRINA.

#### CAPUT PRIMUM.

##### ISIDORI DE GRAVISSIMIS DOGMATIBUS SENTENTIA.

#### § 1. Exponitur quid Isidorus de fontibus religionis Christianæ censuerit.

Novi Testamenti scripta, cum primo et secundo sæculo multis Christianis aut magna ex parte aut omnino incognita fuerint, eumque regula fidei vel veritatis, quam apostolos discipulis suis tradidisse verosimilimum est, non ex illis repetita sit, illis temporibus non habebatur Christi doctrinæ fons. Sed jam tertio, multo magis vero sequente sæculo, post synodum Nicænam horum librorum auctoritas multis de causis, quas hic exponere longum est, ita paulatim amplificabatur, ut Isidorus divinam iis tribuere auctoritatem eosque primarium religionis Christianæ fontem habere posset. Quod, antequam reliqua, quibus ille favebat, dogmata fusius exponantur, paulo accuratius declarasse, ab instituti nostri ratione non alienum est. Sed quoniam in huiusmodi disquisitione etiam de Vetere Testamento agi debet, non magis quid ille de hoc statuerit, quidque de utriusque censuerit congruentia, præmittendum est.

Deus autem, de illius sententia, veteribus, velut Noæ, Abrahæ, Jobo aliisque viris virtute insignibus, *καθάρην εύρίσκων αυτών την γνώμην και της άνευ μελέτου διδασκαλιας άξιαν*, sese revelaturus, cum his collocutus est ipse. Sed cum ingrata Judæorum natio vitii præceps iret, tum per litteras eam admoneri curavit et corrigi. Qua in re summus omnium rerum Moderator eundem sese prisca illis temporibus præbuit Judæis, atque nostri ævi Christianis. Dei enim Filius, apostolis nihil scripti relinquens, ipsis et piissimo cuique ab initio rerum Christianarum *την του άγιου*

(a) Miserum hunc Ecclesiæ Christianæ statum etiam alibi tangit Isidorus, velut lib. III, ep. 408, ubi hæc exstant: 'Οτι μὲν ἀμαρζουσης της Ἐκκλησίας, και μήπω νενοσηκυιας, τὰ θεια περι αυτήν έχορευ χαρίσματα, του άγιου Πνεύματος δημαγωγούντος, και των προσώτων έχαστον κινούντος, και ούρανον την Ἐκκλησίαν ποιούντος, πᾶσι δηλόν έστιν. Ὅτι δὲ νοσητάσης και στασιασάσης, άπέπη πάντα εκείνα, και άπεπήδησεν, ου τὰ χαρίσματα μόνον — άλλὰ και βίος και άρετή, και τουτο πᾶσι δηλον.

(b) Fusius hanc suam sententiam explicat Isidorus lib. III, ep. 106. Illa autem quam sit insulsa, cum æque logica careat veritate atque historica, per se patet; neque, ut pluribus eam explicemus, necesse est.

(c) Lib. I, ep. 107, quæ sic incipit: Καινότηα

A Πνεύματος χάριν concessit. Posteaquam vero multi inter Christianos vel agendo vel docendo a recta, quam illis summus omnium monstraverat Magister, aberrarunt via (a), rursus *έδεδησεν της από των γραμμάτων διορθώσεως* (b). Uti igitur Judæos Vetere, ita benignus omnium mortalium Pater nos Novo edocuit Testamento; itaque utrumque dogmata continet a Deo revelata. Unde apparet Isidorum his libris divinam tribuisse originem et auctoritatem; eumque, quia quæ Deus revelavit inter se certare prorsus non possunt, docere debuisse: Velus Novumque Testamentum non discordare inter sese. De quibus paulo accuratius dicendum est; et primum quidem de concordia utriusque, Novique Testamenti præstantia, deinde de auctoritate reliquisque agere placet sacræ Scripturæ affectionibus.

1. De concordia utriusque et præstantia Novi Testamenti. — Jesus Christus, de Isidori sententia, nulla nova proposuit dogmata (c). Quare qui Velus Testamentum attento animo perlustrant, omnia quæ Novo continentur, in illo quoque prædicata esse inveniunt; itaque ut *την των άμφοτέρων των Διαθηκών ενδιάθετον συμφωνίαν* concedant necesse est. Cæterum, ut arbitratu Isidorus, Christus ipse declaravit, se novarum rerum non esse cupidum. Homini enim, ut sententiam exemplis quibusdam illustrem, cuius lepram emendavit Jesus, templum adire munusque lege indictum afferre iussit (d) eo, uti Pelusiota noster censet, consilio, ut *των δύο Διαθηκών ή όμόνοια* ostendatur (e) Eademque ratione ille Jesu Christi colloquio cum Pharisæis de repudio et conjugio (f) iutitur, in quo hic Moesen non reprehendisse dicitur, sed excusasse et defendisse (g). Quare invehitur quoque in Marcionem maximopere, quippe qui Evangelium corrupisse dicatur Christi

δογμάτων, ώ φιλότης, ουδεμίαν τῶ νόμω και τοις προφήταις ό του Θεου Υιός υπεισήγαγεν. Sic enim codicis Altaemsis auctoritate scribendum censetur. Vulg. *επεισήγαγεν*. — Cf. lib. I, ep. 458. — Ούκ άπωδᾶ, ουδ' άλλότρια της του νόμου έντολης, ή εύαγγελική νομοθεσία παρέδωκε.

(d) Evang. Matth. VIII, 4. Marc. I, 44. Luc. V, 14. Falso citantur in margine editionis Parisiensis Joann. V, et Matth. XIII.

(e) Lib. I, ep. 146. — Τουτου χάριν τὸ δῶρον προσενεγκειν ό λεπρός εκκελυετο, όπερ ό νόμος προσέταξεν, ίνα δειχθῃ των δύο Διαθηκών ή όμόνοια.

(f) Evang. Matth. XIX, 4—15. Marc. X, 1—16.

(g) Lib. III, ep. 76, p. 285, lit. C, lin. 5. — Ὁ γάρ Χριστός δεύρ' έπιφοιτήσας, ταύτης αυτῆ προσενεχθεισης της πεύσεως, ου μόνον ουκ έμέμψατο τον Μωυσέα, άλλὰ και υπεραπελογήσατο —

verbis : *Equidem huc non eo veni consilio ut legem Mosaicam abrogarem (a)*, temere in hunc modum mutatis : *Num me propterea in terram venisse creditis, ut legem ac prophetas adimplerem? veni ut evertrem, non ut explerem (b)*. Eademque ob causam sæpius declarat Isidorus, unum in utroque Testamento prædicari Deum (c), unum eundemque utriusque esse legislatorem (d). — Quæ etsi, uti ostendimus, aperte docuit ille, tamen ingens etiam inter utrumque Testamentum intercedere discrimen (e), atque Evangelium Lege multo præstantius esse (f), varias ob causas contendit sæpenumero.

Primum enim, cum Lex rudioribus data sit (g) et Legislator pro insigni sua sapientia horum debilitati sese accomodaverit (h), docet : Deum quæ in Vetere Testamento exstarent leges eo tulisse consilio, ut mortalium animos ad altiora Jesu Christi et apostolorum præcepta prepararet (i). Moses igitur eos tantum, qui peccata perpetrarunt, puniendos esse decrevit ; Christus vero peccandi adeo lubidinem et cupiditatem prohibendam censuit (j) ;

(a) *Evang. Matth. v, 17.* — Μη νομίσητε, ὅτι ἤλθον καταλῦσαι τὸν νόμον ἢ τοὺς προφῆτας· οὐκ ἤλθον καταλῦσαι, ἀλλὰ πληρῶσαι.

(b) *Lib. 1, ep. 371.* — ἀμείψαντες γὰρ τὴν τοῦ Κυρίου φωνὴν, — Οὐκ ἤλθον, λέγοντος, καταλῦσαι τὸν νόμον ἢ τοὺς προφῆτας. — ἐποίησαν, — Δοκεῖτε, ὅτι ἤλθον πληρῶσαι τὸν νόμον ἢ τοὺς προφῆτας ; ἤλθον καταλῦσαι, ἀλλ' οὐ πληρῶσαι. — Ἐκ τούτων δὲ εἴση, ὅπως ἔχθραν ταῖς δυσὶ Διαθήκαις κατασκευάζουσι, ξένον εἶναι τοῦ νόμου τὸν Χριστὸν σχεδιάζοντες. Bene enim scribitur in codd. Vat. 649 et Alt. σχεδιάζοντες pro σχεδιάσαντες.

(c) *Id verbi causa declarat lib. 1, ep. 146,* cujus ultima verba hæc sunt : — Ἰνα δειχθῆ — ὅτι ὁ νῦν τὴν Ἰασην ἐργασάμενος, αὐτὸς ἐστὶν ὁ καὶ τὸν νόμον ἐνθήμενος. — Codd. Vat. 649, Alt. et Bav. αὐτὸς ἐστὶ καὶ τὸν νόμον ὁ θέμενος. — Cf. *lib. 1, ep. 494.* — Ἰνα εἰς Θεὸς — quæ Rittershusii conjectura auctoritate codd. Vat. 649 et Alt. recipienda est — ἐν ἀμφοτέραις ταῖς Διαθήκαις γνωσθῆ.

(d) *Lib. 11, ep. 133, p. 184, lit. B, lin. 8.* — οὗτω καὶ Παλαιᾶς καὶ Καινῆς Διαθήκης εἰς νομοθέτης, —

(e) *Lib. 1, ep. 494.* — εἰ — sic scribe auct. codd. Vat. 649 et Alt. — καὶ πολὺ τῆς δευτέρας τὸ πρὸς τὴν προτέραν διάφορον.

(f) *Lib. 111, ep. 53.* Πολλὴ τοῦ Εὐαγγελίου πρὸς τὸν Νόμον ἡ ὑπεροχή. — Cf. *Lib. 111, ep. 335.*

(g) *Lib. 1v, ep. 203,* ubi Judæos appellat ἀπειθεύτους, καὶ πρὸς τὰ ἴδια σαφῆ ἀπαιδευτούοντας. *Cod. Vat. 650,* ἀναισχυνοῦντας.

(h) *Lib. 11, ep. 133, p. 184, lit. B, lin. 9.* — εἰς νομοθέτης ὁ σοφῶς καὶ προσφόρος καὶ καταλλήλως τοῖς καιροῖς νομοθετήσας.

(i) *Lib. 1v, ep. 134.* Τὰ νομικὰ καὶ προφητικὰ μαθήματα προπαιδεύματά εἰσι — *Cod. Vat. 650,* ἐστὶ τῆς νέας καὶ εὐαγγελικῆς φιλοσοφίας.

(j) *Lib. 1, ep. 458.* — τοῦ μὲν γὰρ (νόμου) τὴν ἔχθραν καὶ τὴν πρᾶξιν τῆς ἁμαρτίας παιδεύοντος, αὕτη (εὐαγγελικὴ νομοθεσία) τὴν ἀρχὴν τοῦ κακοῦ, τὴν ἐπιθυμίαν, ἐκώλυσε.

(k) *Lib. 11, ep. 243.* Δύο γενικῶν κακιῶν οὐσῶν, τῆς τε νοουμένης, τῆς τε δραμένης, ἡ μὲν διὰ τῶν ἔργων, πάλαι διὰ τοῦ Νόμου ἐκολάσθη, ἡ δὲ νοουμένη, διὰ τοῦ Εὐαγγελίου ἀνεστάλη. οὐ τὸ ἔργον μετὰ τὴν πρᾶξιν τιμωρομένου, ἀλλ' ὅπως μὲθ' ἀρχῆν λάβοι τὸ κακὸν προηυθουμένου. Τότε μὲν γὰρ τῇ χειρὶ, νῦν δὲ τῇ ψυχῇ ἐνομοθετήθη. — *Lib. 111, ep. 254.* Χριστὸς — οὐ τὴν πρᾶξιν μόνον, (*cod. Bav. μόνην*), ἀλλὰ καὶ τὴν ἐννοίαν προανατέλλων, — et

itaque ille agendi, hic etiam cogitandi regulam dedit (k). Quam suam sententiam exemplis illustrare solet Isidorus, in eamque spectat quod legem Mosaicam τὸν σαρκικὸν νόμον, Christi vero doctrinam τὸν νόμον τοῦ πνεύματος appellat (l).

Alteram vero causam cur Novum Testamentum Veteri præferendum sit, in eo ponendam esse censet Isidorus, quod dogmata, quæ Moses et prophetæ typis (m) et symbolis (n) obscure tradiderunt, in illo plane et distincte sint exposita ; quodque veritas in lege occulta Evangelio declarata sit (o).

Tertia denique, quæ ad hanc suam sententiam commovit Pelusiotam, causa omnium est gravissima. Optume enim notavit ille legem Mosaicam solis Judæis datam, Christi vero atque apostolorum doctrinam ad omnes pertinere mortales (p).

2 *De Scripturæ sacræ affectionibus ejusque lectione.* — Antequam quid Isidorus de variis sacræ Scripturæ affectionibus — auctoritate, veritate, sufficientia, perspicuitate et efficacia, —

post paulo : ὁ μὲν γὰρ τῇ ψυχῇ, ὁ δὲ τῇ χειρὶ νομοθετεῖ, καὶ διὰ τὸ — *cod. Bav.* τοῦ — μη συγχωρῆσαι φύναι τὴν ρίζαν καὶ τοὺς κλάδους προαναστέλλει. — *Lib. 1v, ep. 134,* in qua de præceptis a Mose datis Christiane doctrina in hunc loquitur modum : τὰ μὲν γὰρ τῇ χειρὶ — *cod. Vat. 650,* σαρκὶ — ἡ δὲ τῇ ψυχῇ νομοθετεῖ. Καὶ τὰ μὲν τὴν πρᾶξιν, ἡ δὲ τὴν ἐννοίαν εὐθύνει — *cod. id. 1θῦναι* — καὶ οἰακίσει. Τὰ μὲν γὰρ γραμματιστῆ, ἡ δὲ — sic cum eod. *cod.* scribendum censeo pro τὰ δὲ — ἀκρω; φιλοσόφῳ ἔοικεν. — *Lib. 1v, ep. 209,* quæ sic incipit : Εἰς μὲν ἐστὶν ἀμφοτέρων τῶν Διαθηκῶν ὁ νομοθέτης· ἀλλ' ὁ μὲν νόμος δυστηνίους οὖσι τοῖς Ἰουδαίοις, τὰς πράξεις ἀπηγόρευσε μόνον· τὸ δὲ Εὐαγγέλιον, ἅτε φιλοσόφῳ δογματίζων, καὶ τὰς ἐννοίας, ἀφ' ὧν αἱ πράξεις φύουσιν, ὡς περ πηγῆς τῶν κακῶν προαναστέλλει, οὐ γενόμενα μόνον τὰ ἁμαρτήματα κολάζων ἀκριδῶς, ἀλλὰ μὴδὲ γενέσθαι, κωλύον ἀσφαλῶς.

(l) *Lib. 1, ep. 106.* — ἐκ τοῦ δεῦρο πνεῦμα — *codd. Vat. 649, et Alt. πνεύματι, cod. Bav. πνεύματος* — μόνον ἐξελίσκεσθαι βούλομαι· ὁ σαρκικὸς πληρωταὶ νόμος, ὁ τοῦ πνεύματος κρατεῖται, καὶ τῆς σωτηρίας ἀρχεῖται. Qua ratione priora quæ ascripsimus verba explicari possint, equidem non video. Recipienda forsitan sit, quam suppeditant *codd. Vat. et Alt. scripturam* ; statuendumque ab Isidoro vocem ἐξελίσκεσθαι passive esse usurpatam.

(m) *Lib. 1, ep. 494.* Ἡ μὲν γὰρ (παλ. διαθ.) τυπικοῖς ἔχρητο προστάγματι, ἡ δὲ (καιν. διαθ.) τοῖς ἀληθέσιν ἐλαμψε πράγμασι τε καὶ ὁδῶμασι.

(n) *Lib. 1v, ep. 157, p. 501, lit. C, lin. 8.* — μάθε παρ' αὐτοῦ νομοθετήσαντος. Μωσῆως φημι, τοῦ διὰ σκιῶν καὶ συμβόλων τὴν ἀλήθειαν ὑπογράφαντος.

(o) *Lib. 1, ep. 401.* — ὧν εἰς ὑπάρχεις — quod Billius margini ascripsit, quodque, cum etiam in *codd. Vat. 649, et Alt. et Bav. existet, vulg. ὑπάρχει* præfero — αὐτὸς, ὁ τὴν ἐν τῷ νόμῳ κρυπτομένην, καὶ νῦν δεδηλωμένην μὴ γνοῦς.

(p) *Lib. 111, ep. 53.* — ὁ μὲν γὰρ νόμος εἰς τοὺς ὁμοφύλους μόνους συγκλείει· τὴν φιλανθρωπίαν· τὸ δὲ Εὐαγγέλιον καὶ εἰς τοὺς ἄλλοφύλους ἐπεκτείνει. *Cod. Bav.* ab hac paululum recedens scriptura exhibet : ὁ μὲν γὰρ νόμος τοὺς ὁμοφύλους μόνους συγκαλεῖ εἰς τὴν φιλανθρωπίαν sqq. — Cf. quæ sequuntur paulo post : καὶ ὁ μὲν τοὺς φίλους ἀγαπᾶν παρακελεύεται· τὸ δὲ καὶ τοὺς ἔχθρους ἀγαπᾶν προτρέπει. ἐκεῖνος μὲν γὰρ ὡς παιδίοις νομοθετεῖ, τούτο δὲ ὡς φιλοσόφοις δόγματα ὑπερφυῖ ὑποτίθεται.

quidque ac ejusdem censuerit lectione, a nobis exponetur paulo accuratius, effatis ejusdem compluribus eum divinam et Veteris et Novi Testamenti libris tribuisse originem placet ostendere. Quod si probarimus quid de auctoritate biblicorum et veritate statuerit, sponte sua apparebit.

Omnes, ut Isidorus existimat, Scripturæ sacræ auctores divino gavisus sunt auxilio; quod et ex epithetis, quibus biblia ille ornare solet (a), et ex eo rite colligas, quod in Veteris Testamenti libris vaticinia exstare opinatur, atque supremi Numinis sapientiam summopere propterea admirandam censet, quod Deus rem aliquam futuram præsignificaturus non simpliciter profuderit vaticinium, sed præsentibus futurarum cognitionem ita miscuerit, ut inde non solum posteris, verum etiam illius temporis auditores magnam percipere potuissent utilitatem fructumque (b). Eo autem accedit, quod Deum per Moysen (c) cæterosque prophetas (d), velut per Ezechielem (e), divinumque Spiritum in Psalmis locutum esse (f), plane declarat.

Neque alia ratione de Novi Testamenti loquitur scriptoribus. Ex horum enim narrationibus Jesu Christo omnia illa accidisse, quæ de eo olim prædicaverint Moyses et prophetæ (g), intelligi, et apostolos sanctum, quem illis Jesus promiserat, Spiritum revera accepisse, et e Servatoris veracitate, et e miraculis, quæ ipsi ediderint, concludi posse in epistola ad Archiam (h), in qua contra Montanum agit Isidorus, arbitratur. — In quo tamen, sic argumen-

A tari possit quispiam, sibi non videtur constare. Etenim in litteris ad Arsenuphium lectorem datis (i), Τὰ μὲν, inquit, σημεῖα καὶ ὄψοναιον δύνανται δέξασθαι πονηρᾶν, quasi illorum auctor non Deus fuerit, sed dæmon sive diabolus. Quæ conjungi inter se nullo modo possunt. Nam si aut Deus aut diabolus miraculorum auctor habetur, e miraculis, quæ apostoli fecerunt, eos a Spiritu sancto sive potius Deo agitato esse, concludi nequit. — Sed videat strenuus ille iudex ne omnino fallatur. Pelusiota enim cum edidisset apostolos miracula, illisque hanc vim a Deo tributam esse persuasum sibi habeat, ubi cum Montani asseclis, qui si non idem, at certe non contrarium docuerunt, certandum fuit, hos optime quaestione illa potuit urgere: Ποῶν δὲ πνεύματι ἐνήργουν οἱ ἀπόστολοι τὰ θαύματα? Ubi vero rem habuit cum hominibus μηδεμίαν βίου ὁρθοῦ βουλομένους ποιῆσθαι πρόνοιαν, nil melius agere potuit, quam probare non miracula sola (j), verum apostolorum vitam integram, eorumque optimos mores effecisse, ut Christi doctrina late propagata esset inter mortales, et quam celerrime. Neque tamen necesse fuit, ut hujus sententiæ causa apostolos Dei Spiritu agitados esse et adjutos, negaret. Quare illos divino gavisos esse auxilio (k) Joannemque Spiritu sancto impulsu Evangelium conscripsisse suum (l) docens, mihi quidem a se ipse non videtur dissistere. Idem vero de Paulo tradens (m), Divinus, inquit, ille vir, etsi spiritualibus donis ornatus fuit, tamen lectioni operam dedit, atque Timotheum, ne multa-

(a) Isidorus Vetus Novumque Testamentum appellare solet τὰ θεῖα χρήματα — oracula divina; ei Evangelii præconiium κήρυγμα θεῖον καὶ ὑπερφύς, sacramque Scripturam θεῖαν θεῖαν, καὶ οὐράνιον etc. Cf. lib. iv, ep. 30, ep. 67.

(b) Lib. iv, ep. 203.

(c) Lib. iii, ep. 76. — Μωσῆως σοφίαν, ἣν ἔλαβε παρὰ τοῦ Θεοῦ.

(d) Lib. iv, ep. 205, p. 551, lit. D, lin. 3, 4. Διὰ τὴν ἐν τῇ Παλαιᾷ διὰ Μωσῆως καὶ τῶν ἄλλων προφητῶν λαλήσας ὁ Θεός. — Cf. lib. i, ep. 115. — ὁ προφήτης φησὶν, ἢ ἄλλων δι' ἐκείνου Θεός.

(e) Lib. iii, ep. 231. Τίνος ἕνεκεν, ἐφης, εἶπεν ἡ τῆς ἡμετέρας πηγῆ διὰ τοῦ Ἰεζεκιὴλ περὶ τῶν Ἰουδαίων κ. τ. λ. —

(f) Lib. i, ep. 416. — φησὶν τὸ θεῖον Πνεῦμα ἐν ζαλμοῖς.

(g) Lib. i, ep. 107. — ὁ τοῦ Θεοῦ Υἱός — τοῖς παλαιοῖς περὶ αὐτοῦ προφανέσι τὸ πέρας ἐπέθηκε.

(h) Lib. i, ep. 500. Τὸ θεῖον καὶ προσκυνούμενον Πνεῦμα τῆ — quod e cod. Bav. inserendum est — δεκάτη τῆς ἀναλήψεως — ἡμέρα ἐπὶ τοὺς ἱερῶς μαθητὰς κατεφοίτησεν, ὡς ὁ Κύριος ἐπηγγελάτο. — καὶ Λουκᾶς ἔγραψε πληρωθὲν ὁ θεοπέσιος, ὅπερ πολλοῖς ὑστερον χρόνοις ὁ δυσσεβὴς μὴ — quod auctoritate codd. Bav. Vat. 649, et Alt. ejiciendum est — γεγενῆσθαι Μοντανὸς διεψεύσατο, καὶ τὸν Κύριον διαβάλλων οὐκ ἀληθεύοντα — ποῶν δὲ — falso additur a codd. Bav. Vat. 649, Alt. καὶ — πνεύματι ἐνήργουν τὰ θαύματα, ἢ τὰ ἐθνη ἐπαίδευον τὴν εὐσέβειαν.

(i) Lib. iv, ep. 80. Isidorus illa, quæ supra attulimus, verba scripsit sententiam suam de vi, quam miracula apostolorum eorumque mores in mortalium animos exercuerint, explicaturus. Sequuntur autem illico hæc: Βίος δὲ ὁρθὸς καὶ αὐτοῦ τοῦ διαβόλου

εμφράττει τὸ στόμα. Μὴ τοίνυν ἐκ τῶν σημείων μόνον νομιζέσθωσαν — cod. Vat. 650, νομιζέτωσαν — κεκρατηκέναι τὸ κήρυγμα, οἱ μηδεμίαν βίου ὁρθοῦ βουλομένοι ποιῆσθαι πρόνοιαν. Συνέπραττε γὰρ τοῖς γινόμενοις καὶ λεγομένοις καὶ ὁ τῶν κηρυττόντων βίος, μηδεμίαν μὴ ἐν — quod e cod. eod. addendum est — λαθὴν δίδους. — Uti in his ad Arsenuphium litteris Isidorus optimos apostolorum mores pluris æstimandos esse censet, quam miracula ab illis exhibita, ita in epistola ad Ischyriionem data hanc sententiam plane declarat. Cf. lib. ii, ep. 56.

(j) Lib. i, ep. 145. Nempe his in litteris Isidorus causam, cur Deus hominibus quibusdam vim miracula perpetrandi concesserit, exponit in hunc modum: — ὅτι διὰ τὴν δόξαν οικείου ὄνρατος ἐπλήρου τὰς θεοσημείας ὁ Κύριος, καὶ τῶν δαιμόνων κυλιῶν ἐπιβουλάς, καὶ ὄδον τῷ Εὐαγγελίῳ ὀμαλλῶν ἀπρόσκοπον.

(k) Lib. ii, ep. 54. Ὅσπερ οἱ ἀπόστολοι ἀνδρεία καὶ μεγαλοφυχία φραξάμενοι, καὶ τῇ θείῃ συμμαχίᾳ θωρακισθέντες. Lib. ii, ep. 345. — οἱ ἀπόστολοι τῆς θείας ἐμπληρωμένοι σοφίας.

(l) Lib. iii, ep. 402. Ὁ θεολόγος καὶ θεοφιλὴς Ἰωάννης, ὁ τῆς βροντῆς ὄντας υἱός, θεοφράστου γλώττη, ὑπὸ ἁγίου γὰρ Πνεύματος ἐκίνητο, τὴν τοῦ θεοῦ λόγον — quod auctoritate codd. Bav. et Vat. 650 ejiciendum est — ὑπόστασιν τε καὶ ιδιότητα — ἀνεκέρυξε.

(m) Lib. iv, ep. 88. Καὶ ὁ θεοπέσιος Παῦλος, καίτοι πνευματικοῖς κομῶν χάρισμασι, τῆς ἀναγνώσεως οὐ μικρὰν ἐποιεῖτο σπουδὴν. Διὸ καὶ τῷ θρέμματι αὐτοῦ τῷ περιδλέπτῳ ἔγραφε: Προσέχε τῇ ἀναγνώσει. Δεινὸν γὰρ μάλιστα — quod e. cod. Vat. 650, inserendum est — τῷ γευσάμενῳ τῆς θείας σοφίας ἔστερησθαι ταύτης, κ. τ. λ.

rum rerum memoria deleteretur, ut suum sequeretur A exemplum, admonuit. Inde simul consequitur Isidorum inspirationi non tantum tribuisse, quantum permulti posterioris ævi Patres et theologi. Quod ex eo quoque apparet, quod ille apostolorum de Christo narrationibus non solum inspirationis causa, verum etiam propterea fidem habendam esse censet, quia quæ audiverunt illi et viderunt tradidere nobis, neque, uti ex illorum scribendi genere apparet, falsa pro veris scripsere (a). — Quoniam igitur apostoli verum tradere et potuerunt et voluerunt; quoniam inspirati fuere, eorum scriptis summam inesse putat Isidorus veritatem, divinamque illis tribuit auctoritatem. Licet igitur nemini contra apostoli effatum aliquid proferre (b) atque mysteria, quæ Bibliis continentur, aggredi nefas est (c). Qui enim, inquit, B oraculis divinis sapientiores esse voluit, docentque quid ipsis placet, ii non solum seipsos, verum et alios inani spe fallunt (d).

His, quæ hactenus dicta sunt, quid Isidorus de Scripturæ sacræ inspiratione, quæque cum hac quam aptissime cohærent, veritate et auctoritate, censuerit, satis declaratum arbitror. Quare restat tantum, ut de illius sufficientia, perspicuitate et lectione agamus. De efficacia enim, cum hæc doctrinæ sit, non Scripturæ, rectius dicitur, ubi Isidori de mediis, quæ vocant, gratiæ exponitur sententia.

Quod vero ad Scripturæ sufficientiam attinet, unum tantum Isidori dictum nobis ejusdem epistolas attento perlegentibus animo huc spectare videbatur; idque exstat in litteris ad Eulogium datis, in quibus Origenis de animarum lapsu sententia duas maxime ob causas rejicienda dicitur, quarum prima est, quod dogma istud neque in prophetarum, neque in apostolorum scriptis perspicue sit propositum (e). Unde tamen de mea quidem sententia non consequitur, Isidorum omnia ea, quæ religionem spectent,

sacra Scriptura contineri credidisse. Statuit enim alios quoque, de quibus deinceps agendum est, religionis Christianæ fontes, quos, qui strenue Bibliorum docent sufficientiam, rejiciant necesse est. Sed Pelusiota, qui Vetus Novumque Testamentum fontem doctrinæ Christianæ primarium habuit, jam eo offensus, quod illa gravissima Origenis sententia a nullo sacro scriptore plane sit prolata, illam, cum alia quoque, philosophica videlicet, accedant argumenta, falsam esse declarat.

Uti vero Isidorus Scripturæ non docuit sufficientiam, ita et illius perspicuitatem, cum ipse compluria prophetarum et apostolorum dicta satis obscura esse haberet cognitum, nullo modo potuit præcipere, neque præcepit. Nam etsi divina, quæ mortalium animos excedunt, dogmata et præcepta humano more humanisque exemplis ab apostolis sapienter illustrata esse (f); etsi Biblia res et placita, quibus homines plebei et indocti, mulieres, pueri atque puellæ et edoceri possunt et oblectari, continere (g). libere profitetur; tamen iisdem scriptis arcani quoque de ejus sententia insunt λόγοι, quibus doctissimus quisque ita vexatur, ut sapientiæ, quam consequi et percipere nequeat, sibi cedendum esse confiteri debeat (h). Atque hoc magnæ et singularis sapientiæ opus esse censet. Nam si omnia, inquit, in Bibliis fuissent clara ac manifesta, nos remota inquisitione prudentia certe apostolorum et prophetarum dicta interpretantes, non usi essemus; si vero omnia fuissent obscura, sic quoque, cum nullus esset inventioni locus, excidissemus cognitione. Sunt igitur in Bibliis clara obscuris sapienter mixta; ita ut ex iis quæ manifesta sunt et perspicua etiam ea quæ abdita habentur et caliginosa comprehendantur quodammodo (i). Eodem fere modo de his rebus judicavit Dæderlinius, qui, Me quidem, inquit, si aperta statim omnia et evidantia

(a) Lib. I, ep. 54. Pluribus Jesu Christi miraculis ab initio hujus epistolæ commemoratis, Ταύτας, inquit, ἡμῖν τὰς θεοσημασίας οἱ αὐτόπται αὐτῶν παρέδωκαν, τοσοῦτον κολακείας καὶ χάριτος ἄμοιρον τὴν μαρτυρίαν τήρησαντες, ὡς καὶ τὰ συμβάντα αὐτῶ ἐπινοεῖσθαι γράψαι, διωγμῶς, ὕβρεως, κ. τ. λ.

(b) Lib. II, ep. 249. Τοῖς θεοῖς χρησμοῖς, οὐτ' ἀντιθέλειν χρῆ, οὐτ' ἀντιφθέγγεσθαι.

(c) Lib. I, ep. 24. — καὶ μὴ κατολομᾶν ἀπλῶς τῶν ἀψάστων καὶ ἀνεφίκτων μυστηρίων.

(d) Lib. V, ep. 376. — σοφώτεροι γὰρ εἶναι βουλόμενοι τῶν λογίων, καὶ τὰ δοκοῦντα ἑαυτοῖς δογματίζοντες, οὐ μόνον ἑαυτοῦς, ἀλλὰ καὶ τοὺς πρὸς αὐτοῦς ὡς περ εἰς λιμένας καταφεύγοντας, σφάλουσι τῆς ἐλπίδος, εἰς πελάγος αὐτοῦς ζητημάτων ἐξακοντίζοντες. — Vox autem λόγιον a scriptoribus ecclesiasticis de oraculis divinis i. e. de Scriptura sacra usurpari, notissimum est.

(e) Lib. IV, ep. 163. Τὸν περὶ τῆς ἐκπτώσεως — cod. Vat. addit τῶν ψυχῶν — λόγον, ἀληθῆ μὲν ὡς οἶμαι, οὐκ ὄντα, πιθανὸν δὲ δοκοῦντα, πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα, δύο δὲ μάλιστα, — quod ex eod. coll. addendum est — κατὰ γὰρ τὸν ἡμέτερον λογισμὸν, ἀνατρέπειν δοκεῖ· ἐν μὲν, τὸ μὴ σαφῶς κεκηρύχθαι ἐν ταῖς Γραφαῖς· δευτέρον δὲ, κ. τ. λ.

(f) Lib. II, ep. 3. — τὰ θεῖα καὶ ὑπερφῶν παιδεύματα, λόγοις καὶ παραδείγμασι σωματικοῖς ἐκέ-

ρασεν. Οὐ γὰρ οἶόν τε ἦν ἡμᾶς ἄλλως νοῆσαι. Lib. II, ep. 5, p. 129, lit. B, lin. 9. — τὴν θείαν σοφίαν εὐτελέσει λόγοις καὶ παραδείγμασι κραθεῖσαν, —

(g) Lib. II, ep. 3, p. 129, lit. B, lin. 10. — εἰ γὰρ πρὸς τὴν αὐτοῦ ἀξίαν μόνον προσέσχεν ὁ θεὸς, καὶ μὴ πρὸς τὴν ὠφέλειαν τῶν ἐντευζομένων, οὐρανοῖς ἂν καὶ θεοῖς λόγοις τε καὶ παραδείγμασιν ἐχρήσατο. Ἄλλ' ἐπειδὴ ἀνθρώποις ἐνομοθέτει ἀσθενέσι τυγχάνουσι, καὶ ἀνθρωπίνων δεομένων λόγων· οὕτω γὰρ βραδίως τὰ ὑπὲρ αὐτοῦς νοῆσαι ἠδύνατο· ἰδιωτικῆς λέξεσιν ἐκέρασε τὰ θεῖα μαθήματα, ἵνα καὶ γυνή, καὶ παῖς, καὶ ἀπάντων ἀνθρώπων ἀμαθέστατος κερδάνῃ τι καὶ ἐξ αὐτῆς τῆς ἀκροάσεως.

(h) Ep. ead., lin. 4, lit. D. — ἐν τοσαύτῃ γὰρ σαφηνείᾳ οὕτως ἀπόρρητοι λόγοι καθάπερ θησαυροὶ τινες ἐνοικοῦσιν, ὡς καὶ τοὺς σοφωτάτους καὶ ἐλλογιμωτάτους τῶν ἀνθρώπων πρὸς τὸ βάθος τῶν νοημάτων ἐιγγίξῃ, καὶ παραχωρεῖν πολλάκις τῷ ἀκαταλήπτῳ τῆς σοφίας.

(i) Lib. IV, ep. 82. — Σοφὸν ἔγωγε καὶ τοῦτ' εἶναι ἠγοῦμαι, ὃ σὺ φῆς παράλογον. Εἰ μὲν γὰρ πάντα ἦν ὀηλα, ποῦ τῇ συνέσει ἐχρησάμεθα, μὴ οὐσης ζητήσεως; Εἰ δὲ πάντα ἄδηλα, καὶ οὕτως ἀναπεπτωκίμεν ἂν, μὴ οὐσης εὐρέσεως. Νῦν δὲ διὰ τῶν δῆλων, καὶ τὰ ἄδηλα τρόπον τινὰ καταλαμβάνεται· εἰ δὲ διαφύγοι, καὶ οὕτως ἡμᾶς ὠφέλει, τὸ φύστημα ἡμῶν καταστέλλοντα.



renerem in Litteris sacris, si nullo loco hærerem, ipsa perspicuitate offendi posse ingenue profiteor. Nam non minus tædium affert liber, in quo omnis exercendi ingenii materia, per dicta in vulgus nota et plebi apta præcitur, quam opuscula repudiantur, quæ per dictionem tenebris involutam horrore percellunt. Omnium autem utilissima et sapientissima semper habita fuere scripta, quæ gravioribus leviora permiscent, et hoc temperamento lectorum plurimorum studiis satisfaciunt (a).

Ex his autem, quæ de librorum sacrorum perspicuitate dicta sunt, satis videtur apparere, Pelusiotam credidisse, Biblia non solum ab episcopis, diaconis, monachis aliisque populi præceptoribus, verum ab omnibus, qui Christi doctrinam receperint, attente et diligenter esse lectitanda. Quare uti illius lectionem Paulo presbytero (b), Heroni scholastico (c), Timotheo lectori (d) aliisque, qui rerum humanarum divinarumque aliquam certe assecuti erant scientiam, ita illam non solum omnibus aliquo vitio laborantibus (e), sed omnibus mortalibus (f) idem commendandam esse censet, ut pravi illorum mores emendentur. Quod cum suo tempore neglectum sit, Christianæ religionis statum summopere depravatam esse, mœret Pelusiota in litteris ad Leontium episcopum datis (g). Quod enim, inquit, lectio sacrarum Litterarum destructa est et neglecta, quodque unusquisque suos affectus divinis præfert oraculis, ea res tantarum causa est calamitatum.

Neque tamen Isidorus biblia unicum, ex quo religionis haurienda esset cognitio, fontem habebat, sed illam et aliunde, uti jam ante occasione data a nobis dictum est, repetendam esse statuit.

Traditionem enim, etsi hanc uno tantum commemoravit loco (h), non rejiciendam arbitratus est; neque rationis usum atque librorum, quos Græcorum conscripserunt philosophi, studium omnino spernendum duxit. Sed cum plura de hac re, ubi,

(a) *Institutio Theologi Christiani*. P. I. Proleg. Cap. III, Sect. II, § 49, tom. I, p. 177.

(b) Lib. II, ep. 73. Τὴν ἀνάγνωσιν τῶν ἱερῶν Γραφῶν, ἐφόδιον ἡγοῦ τῆς σωτηρίας. —

(c) Lib. IV, ep. 208. Μὴ καταφρόνει, ὦ φίλος, τῆς μελισταγοῦς ἀκροάσεως τῶν θείων Γραφῶν.

(d) Lib. II, ep. 3, p. 127, lit. D, lin. 3. — τοῖς δὲ θεοῖς χρησιμοῖς διὰ βίου δίδου αὐτόν.

(e) Lib. V, ep. 38. — παραίνει τοίνυν ἐκείνοις περὶ ὧν καὶ γέγραφας, ἔχεσθαι τῆς τῶν Γραφῶν ἀναγνώσεως.

(f) Variis atque diversis, quibus mortales laborant, vitii diligenter enumeratis pergit Isidorus in *epistola ad Nemesium* lib. II, ep. 135, hisce verbis: — εἰ δὲ φαίης, τί οὖν ποιητέον; φῆσαιμι, οἷ τὸ κάτοπτρον τὸ πνευματικὸν συνεχῶς μεταχειριστέον· φημί τὰς θείας Γραφάς, ἐν αἷς — B. δὴ — καὶ τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν ἐστὶν ἡ ἱστορία, καὶ οἱ παρὰ τοῦ Θεοῦ θεθέντες σωτηριώδεις νόμοι.

(g) Lib. IV, ep. 133. Τὸ τὴν ἀνάγνωσιν κατεβύθμισθαι — Vat. 649 κατεβύθμισθαι — τῶν θείων Γραφῶν, καὶ τὸ ἕκαστον τὰ οἰκεία πάθη τῶν θείων προφάνειν χρησμάτων, τῶν τοσοῦτων τραγυδιῶν αἴτιον γέγονε.

(h) Lib. I, ep. 51. — ἅμα δὲ τις τούτω καὶ ἀπὸ βίτου — codd. V. A. τάχα — συμπλέκεται —

A quo modo Isidorus contra ethnicos religionem Christianam defenderit, a nobis accuratius exponetur, dicenda sint, nunc ne verbum addendum est. Id vero non prætermitemus silentio, quod Pelusiota *decretis conciliorum* divinam tribuerit (i) auctoritatem, quodque etiam ex his doctrinæ Christianæ cognitionem repeti posse opinatus sit.

## §. II. *Isidori sententia de Deo.*

I. *De existentia unius Dei.* — Etsi Isidorus inter epistolas, quas nos habemus superstitas, nullam de dedita opera ita conscripsit, ut unius Dei existentiam probaret, tamen occasione data ex rerum creaturarum magnitudine et ordine Creatorem mundi atque gubernatorem, nempe Deum, esse demonstrare conatus est. Ita Lampetio diacono quærenti ex eo, quid illud, quod de cœlestibus luminaribus & ἀπένειμε Κύριος ὁ Θεός σου πᾶσι τοῖς ἔθνεσι in Deuteronomio dictum sit, significet, rescribit: Deum illa omnibus mortalibus ad institutionem cognitionemque tribuisse, ut ex rerum creaturarum magnitudine Creator, qui oculis cerni nequeat, conspiciatur (j). Eodemque argumento, quod vulgo physico-theologicum usurpatur in litteris ad Joannem diaconum datis (k) Græcorum philosophos stellas errantes non a Deo factas, sed omnem causam antecedere contendentes, studuit refellere. Quibuscum conferri potest epistola ad Olympiodorum scripta (l), quæ his verbis continetur: *Ubiunque ordo aliquis est, ibi ordinis auctor et princeps adsit necesse est; ubiunque equitatus, ibi equitum requiritur præfectus; ubi navis, ibi gubernator et artifex; ubi musica instrumenta, ibi et musicus est manifestus. Oportet igitur in mundi quoque officio illum invisibilem ejus Creatorem contemplari.* Quem colligendi modum adhibet etiam in litteris ad Didymum presbyterum datis (m), in quibus hæc exstant: — *neque enim sine architecto domus ædificatur, neque sine fabro compingitur navis, neque organum sine musico constituitur.*

B. συμπλέκεται — λόγος, παρὰ γερόντων εἰς ἡμᾶς σοφῶν διαφορῆσας.

(i) Lib. IV, ep. 99. — καὶ τῇ ἀγίᾳ συνόδῳ, τῇ συγκροτηθείσῃ κατὰ Νικαίαν, ἀκολουθεῖν, μήτε προστιθέντας, μήτε ἀφαιρούοντας. Ἐκεῖνη γὰρ θεοθεν ἐμπνευσθεῖσα, τάληθές ἐδογμάτισεν.

(j) Lib. III, ep. 391. — Ἀπένειμε πρὸς διδασκαλίαν, πρὸς παιδείαν, πρὸς γνῶσιν, ἴν' ἐκ τοῦ μεγέθους καὶ τῆς καλλονῆς τῶν κτισμάτων ὁ γενεσιουργὸς ἀόρατος ὢν, θεωρηῆται.

(k) Lib. IV, ep. 58, p. 444, lit. B, lin. 5. — Εἰ μὲν γὰρ — ἀγενήτους καὶ αἰτίας κρείττους εἶναι φαῖεν Ἕλληνας, μάλιστα μὲν ἐκ τῆς ἐμμελείας αὐτῶν καὶ τῆς εὐταξίας ἐλεγχθήσονται. Ἴν' γὰρ τάξις τὸν ταξίαρχον κηρύττει.

(l) Lib. IV, ep. 186. Ὅπου τάξις, ἐκεῖ ἀναγκαῖος ταξίαρχος· καὶ ὅπου ἱππικὸν τεταγμένον, ἐκεῖ ἱππαρχος· καὶ ὅπου ἡ ναῦς, δῆλος ὁ τεχνίτης· καὶ ἐνθά μουσικὰ ἔργα, δῆλος δὴ ὁ ἀρμονικός. Οὐκοῦν γῆ καὶ ἐπὶ — cod. Vat. 650. ἀπὸ — τοῦ κίσμου τὸν ἀόρατον καθορᾶν λογισμοῖς, οὐκ ἐφθάλμοις, νῦν, οὐ βλέμματι.

(m) Lib. V, ep. 28, p. 562, lit. D, lin. 6. — Οὐδὲ γὰρ ἄνευ ἀρχιτέκτονος οἰκία οἰκοδομεῖται, οὔτε ἄνευ ναυπηγοῦ ναῦς, οὐδὲ ἄνευ ἀρμονικοῦ μουσικὸν συσταῖ ἔργαλον.

Vix vero necesse est, ut afferatur Isidori dictum, quo hunc unum credidisse Deum probetur; attamen, ne quid a nobis prætermisum videatur, ejusdem verba: *ἡ γὰρ ἐστὶν ἡ θεότης*, ex epistola ad Herminum comitem deprompta (a), protulisse satis erit. Qui enim plura hujus rei testimonia desiderat, legat quæ deinceps excerpimus Isidori de Deo triuno dicta, inter quæ plura huc spectantia haud dubie inveniet.

II. *De natura et attributis Numinis divini.* — Neque necesse est, ut Isidorus existimat, nec possibile, ut Dei essentia sive natura a mortalibus exploretur (b). Credendum enim est esse Deum, non, quid sit curiose investigandum. Quare prætermisita de ipsius natura disputatione, quippe quæ humani ingenii vires longe superet, nos ita comparemus, ut de vita moribusque nostris possimus reddere rationem. Ornati igitur simus fortitudine, temperantia justitia aliisque virtutibus. Quas si omnes adepti erimus, sperare nobis licet quodammodo id, quod hominum excedit captum, comprehendere, quod omnem superat dignitatem consequi, atque communionem cum Deo inire arctiorem, cui nulla aptior est sedes et accommodatior, quam casta et candida hominis anima. Quocirca ipse inhabitabo, inquit, in eis et inambulabo (c). Est autem Deus, qui nulla re indiget (d), et solus omnis mutationis expers est (e), mundi creator (f) et moderator (g), æter-

(a) Lib. I, ep. 247.

(b) Lib. II, ep. 299, p. 256, lit. B. — *Ἡ δὲ περὶ τῆς οὐσίας αὐτοῦ βάσανος, οὐτ' ἀναγκαῖα, οὐτ' ἐπιφικτὴ ἀνθρώποις. Εἰδέναι γὰρ χρὴ καὶ πιστεῦναι, οὗ ἐστὶ θεός, οὐ τὸ τί ἐστὶ πολυπραγμονεῖν. Ἀφήμενοι τοίνυν τοῦ περὶ τῆς οὐσίας λόγου ὡς ἀνεπιφικτοῦ, καὶ μηδ' αὐτῶς ἀλωσίμου, ἀλλὰ πᾶσαν βάσανον ὑπερνηχομένους, τὸν βίον ἑαυτῶν καὶ τὸν τρόπον ρυθμίσωμεν, ὡς λόγον πάντως ἀποδώσοντας.*

(c) Lib. II, ep. 186. — *εἰ τοίνυν ἐθέλωμεν τὸ πᾶσαν ἀγώρητον χωρῆσαι, καὶ ἀξιοθῆναι χρήματος πᾶσαν ὑπερβαίνοντος ἀξίαν, σωφροσύνη, καὶ δικαιοσύνη, καὶ φρονήσῃ, καὶ ἀνδρία καὶ ταῖς ἄλλαις ἀρεταῖς ἑαυτοῦς κοσμησώμεν. Ψυχῆς γὰρ ἀγνῆς τόπον οικειότερον καὶ περπωδέστερον — Cod. Bav. addit ἐπὶ, et codd. Vat. 649 et Alt. ἐπὶ γῆς — οὐχ ὀφίεται. Διὸ καὶ ἔφη, Ἐνοικήσω ἐν αὐτοῖς καὶ ἐμπεριπατήσω.*

(d) Lib. II, ep. 23. *Ἡ μὲν εἰλικρινῆς καὶ ἀκριδῆς ἐλευθερία ἐστὶ, τὸ μηδὲν δ' ὄλωσθαι, ὅπερ — Codd. Vat. 649. et Alt. addunt καὶ — κρείττον ὄν τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως, θεῖον ἐστω.*

(e) Lib. V, ep. 359. *Ἡ θεία καὶ ἀκήρατος καὶ ἀήττητος δεξία ἀναλλοιώτως ἐστὶ, καὶ αἰεὶ κατὰ τὰ αὐτὰ, καὶ ὡσαύτως ἔχει, οὔτε κ. τ. λ. Cf. lib. III, ep. 149.*

(f) Lib. I, ep. 343.

(g) Lib. III, ep. 299, p. 256, lit. A, lin. 7.

(h) Lib. III, ep. 18. — *Οὐδὲν γὰρ οὕτως ἴδιον καὶ χαρακτηριστικὸν τῆς θείας φύσεως, ὡς τὸ ἄδιον. — Cf. lib. III, ep. 149. Ἡ ἀδιότης, οἷον ἀειζωότης ἐστὶ. Διὸ ἐπὶ μόνῃ τῆς ἀνάρχου φύσεως, τῆς αἰεὶ κατὰ τὰ αὐτὰ, καὶ ὡς αὐτῶς — Cod. Bav. ὡσαύτως — ἐχούσης, λαμβάνεσθαι εἰσθε. — τὸ δ' ἄδιον κυριὸς τῆς θείας οὐσίας ἴδιόν ἐστι.*

(i) Lib. II, ep. 63.

(j) Lib. II, ep. 65. — *Ἡ τῆς σοφίας πηγὴ, ἡ τῆς συνέσεως καὶ πάσης ἀρετῆς ἀρχὴ τε καὶ αἰτία καὶ ρίζα. — Cf. lib. III, ep. 231, ubi Deus ἡ τῆς ἡμερῶν τε πηγὴ appellatur.*

nus (h), ab omni labe alienus (i), mansuetudinis, sapientiæ omnisque virtutis fons (j), benignus atque misericors, et idem justus (k), omnipotens (l), omnium rerum sciens (m) et verax (n).

Quæ omnia de industria paucis absolvimus, tum quoniam hæc ab apostolis tradita a Christiano quoque ut vera accipiuntur, tum quoniam de quæstionibus, nam Deus omnipotens mali quoque auctor sit, num divini Numinis omnium rerum scientia cum libera mortalium voluntate conjungi possit, aliisque hujuscemodi occasione data fusius agetur.

III. *De Trinitate.* — Neque quid Isidorus de Trinitate censuerit multis verbis exponere cordi nobis esse potest, cum orthodoxorum illius ævi partibus favens in epistola ad Eudæmonem presbyterum manifesto declarat, Christianum quemque id credere debere, quod sancti Patres in urbe Nicææ congregati decreverint, quorum fidei formulæ neque addendum aliquid, neque detrahendum sit (o). Docuit igitur tres ejusdem naturæ personas in uno exstare Deo (p); atque hanc doctrinam et a Veteris et a Novi Testamenti scriptoribus jam prolatam esse contendit (q). Quare Jesum Christum Θεόν (r), ἀληθῶς Θεόν (s), γνήσιον καὶ φυσικὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ Πατρὸς (t) appellat, Filioque omnia ea, quæ Patris sunt, tribuit (u). Itaque Christus de Isidori sententiâ omnium rerum creator et imperator (v), eandem habet atque Pater gloriam et majestatem (x)

(k) Lib. III, ep. 71. *Ὅτι μὲν φιλόνητος ἐστὶν ὁ θεὸς μαλ' ἀκριβῶς οἶδα. Ὅτι δὲ καὶ ἀπαιτεῖ δικὰς σφοδρότατας τοὺς τῆς φιλονητικῆς καταφρονήσαντας, καὶ αἱ ἱεραὶ χρησιμοῦσαι Γραφαὶ, καὶ τὰ πράγματα μαρτυρεῖ.*

(l) Lib. IV, ep. 47.

(m) Lib. IV, ep. 47, ep. 151. — *θεὸς ἐφορᾷ πάντα καὶ οὐδὲν αὐτὸν διαδιδράσκει. Cf. lib. V, ep. 368.*

(n) Lib. III, ep. 6, lib. V, ep. 260.

(o) Cf. p. 162, not. 2.

(p) Lib. I, ep. 247. — *μία γὰρ ἐστὶν ἡ θεότης, τρεῖς δὲ αἱ ὑποστάσεις. — Lib. II, ep. 142. — Ἡκιστα μὲν χρὴ τὴν — art. cod. Bav. omittit — τῆς θεότητος φύσιν συστέλλειν ἰουδαϊκῶς, εἰς μόνον τὸν ἕνα Θεὸν καὶ Πατέρα. κατευρύνειν δὲ, ὥστε εἰς ἄγιαν καὶ ὁμοούσιον Τριάδα. Προσώπιον γὰρ ποιότητι καὶ ὑποστάσεων ἰδιότητι διαστέλλοντας, εἰς ἕνα πάλιν συσσελούμεν Θεόν, διὰ τὸ τῆς οὐσίας ταύτων. — cf. lib. II, ep. 143; lib. III, ep. 139.*

(q) Lib. I, ep. 67; lib. II, ep. 143; lib. III, ep. 27; ep. 112.

(r) Lib. I, ep. 73, ep. 124.

(s) Lib. I, ep. 67.

(t) Lib. I, ep. 23.

(u) Lib. II, ep. 178. — *ταῦτα δὲ ἔλεγεν οὐκ ἀποκλήρων τῶν μὲν Πατρὶ τὸν Νόμον. τῶ δὲ Υἱῶ τὸ Εὐαγγέλιον. ἀλλὰ πρὸς τὴν τῶν πολλῶν ὑπόνοιαν, καὶ δόξαν ἀφορῶν. Πάντα γὰρ τὰ τοῦ Πατρὸς τοῦ Υἱοῦ ἐστὶ, καὶ τὰ τοῦ Υἱοῦ τοῦ Πατρὸς. — que ultima sunt hujus epistolæ verba.*

(v) Lib. I, ep. 139. — *ἀλλὰ δεσπότης ὑπάρχων, καὶ τῶν ἐπουρανίων, καὶ τῶν ἐπιγείων, καὶ τῶν καταχθονίων. — Lib. I, ep. 460. — Χριστὸς δὲ ὁ πάντων ποιητῆς καὶ θεός. — Lib. III, ep. 126. Ὁ τῶν ὑπερκοσμίων καὶ τῶν ἐπιγείων Βασιλεὺς ἦκεν οὐρανῶθεν. — Cf. porro lib. III, ep. 313, ep. 329; lib. IV, ep. 166, ep. 202.*

(x) Lib. III, ep. 166. — *ὣν δὲ μία δόξα, πόλλῳ μᾶλλον καὶ ἡ οὐσία.*

ejusdemque, quamvis a Patre distinctus, naturæ A ac non herilis et effectricis ac regię naturæ cognatum; quidni ei communem esse cum Patre Filioque naturam doces? Si enim servus esset, non cum Domino, si creatus, non cum Creatore conjungeretur.

Ut Filio Isidorus, ita et Spiritui sancto divinam tribuit naturam; cujus sententię veritatem dilucidis et apertis Scripturę testimoniis probari posse opinatur. Christus enim, ut scribit in litteris ad Gorgonium (a) datis, « Si ego, inquit, in Satanę nomine dæmones expello, cujusnam nomine filii vestri illos ejiciunt? » Quod si auctoritate Spiritus divini illud ago, profecto ad vos cælorum pervenit regnum. Quibus tamen verbis cum dogma illud parum probatum esse Pelusiota ipse sentiret, Lucam producit testem, apud quem Jesus Christus, « Si, inquit, ego in digito Dei dæmones ejicio, cælorum appropinquavit regnum. » Quo loco, ut pergit Isidorus, per Dei digitum Spiritus sanctus intelligitur. Sed cum digitus, ut a nobis exemplum sumam, ejusdem atque corpus est naturæ, hac voce Spiritus sancti personam a divina essentia inseparabilem eique cognatam esse satis superque declaratum est. — Idemque et Christi verbis: « Accipite Spiritum sanctum » — et baptizandi formula ostendi posse opinatur. In epistola enim ad Hymetium data (b), Dominus, inquit, noster Jesus Christus, ut sanctissimi Spiritus secum et cum Patre conjunctionem ostenderet, a morte ad vitam excitatus discipulis dixit: « Accipite Spiritum sanctum; quorum remisistis peccata, remittentur eis, » auctoritate videlicet ejus, qui peccata remittendi divinam habet potestatem. In litteris vero ad Marathonium monachum ita scribit (c): Cum Deus et Servator noster humana forma indutus Spiritum sanctum divinam Trinitatem completere tradiderit, cum idem Spiritus in baptizandi formula una cum Patre et Filio a nobis invocari debeat, cumque panem, quo sacram celebrantes cœnam uti consuevimus, in carnem Christi convertat; quid tu, o vesane atque attonite, hunc Spiritum factum quiddam, aut creatum, aut servilis naturæ,

ac non herilis et effectricis ac regię naturæ cognatum; quidni ei communem esse cum Patre Filioque naturam doces? Si enim servus esset, non cum Domino, si creatus, non cum Creatore conjungeretur.

§ 3. De consiliis et institutis divinis, quæ ad hominum salutem per Jesum Christum reparandam spectant.

Homines primigenii, quibus Deus, ne arboris istius comederent fructus, interdixerat, a diabolo eos omnino perdituro seducti contra divini numinis voluntatem egerunt, itaque auctores exstiterunt ingentis infortunii. Nam inde ab eo tempore et ipsorum et omnium hominum corpora non solum morti, verum etiam variis diversisque calamitatibus subjici cœpta sunt (d). Neque hoc injustum esse censet Isidorus. Etenim in epistola ad Leontium diaconum (e) causam, cur qui genitoris culpa podagra aliove morbo laborarunt, ex lege non pœna quidem sed ignominia affecti sint, explicaturus, hoc ad emendationem parentum factum esse arbitratur. Quod, ita enim pergit, si quis injuste ac perverse actum esse existimet, quid tandem ille dicet de morte, quæ etsi Eva solum peccavit, omni humanum genus invasit? — Uti vero lapsus iste hominum corporibus magnum attulit detrimentum, ita animis a Deo creatis (f) perquam noxium fuit. Omnes enim mortales ad peccandum reddidit procliviores (g). — Neque tamen de Isidori sententia hominum natura, cui semper probitatis inerant semina (h), omnino depravata est; ut facillime et Scripturę sacrę testimoniis, et ex historia probatur (i). Propheta scilicet, qui, Quoniam, inquit, pacto vos poteritis recte facere, cum mala didiceritis? Judæos non propter naturam per se malam, sed mala edoctos peccasse tradidit. Quod vero didicerunt, dediscere quoque posse nemo negabit (j); itaque Davidem, Paulum, Petrum aliosque, qui vitia commiserunt, ad bonam frugem rediisse vidimus (k); itaque omnibus temporibus viros pios ἐν τῷ ἐμφύτῳ πολιτευομένους νόμῳ, veluti Melchisedechum, Jobum, Cornelium et alios virtute ornatos vixisse, habemus comper-

a) Lib. I, ep. 60. — οὗτι δὲ τῆς θείας ἐστὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον οὐσίας, τοῦτο σὺ ἤτησας γραφικῶς τρανωθῆναι. ἔξεστι — δὲ inserunt codd. Vat. 649, et Alt. — σοι ἀγγινοῦντι — codd. iud. ἀγγινοῦσθε cod. Bav. et Chat. ἀγγινοῦσθε — καὶ — omittunt cod. Vat. 649, et Alt. — μικρὸν προελθόντι ἐκ τῶν ἐν χερσὶ τοῦ Κυρίου φωνῶν καὶ — codd. iud. omittunt — τὴν λύσιν εὐρεῖν. Et ἐγὼ, φησὶν, ἐν τῷ — cod. Bav. omittit — Βεελζεβοὺλ ἐκβάλλω τὰ δαιμόνια; οἱ υἱοὶ ὁμῶν ἐν τίνι ἐκβάλλουσιν; — Cod. Vat. 649. ἐκβαλοῦσιν; — εἰ δὲ Πνεύματι Θεοῦ ἐκβάλλω ταῦτα, ἅρα ἐφθασεν ἐφ' ἡμᾶς ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ. ἐν τῷ ἑτέρῳ σαφέστερον εἰρηκῶς εὐαγγελιστής. — cod. Vat. 650. εὐαγγελιστή. — εἰ δὲ ἐγὼ ἐν δακτύλῳ Θεοῦ ἐκβάλλω τὰ δαιμόνια. δάκτυλον Θεοῦ, τὸ Πνεῦμα λέγων τὸ ἅγιον. δάκτυλος δὲ, ὡς ἐν ὑποδείγματι τῷ καθ' ἡμᾶς τῆς οὐσίας ἐστὶ τοῦ σώματος. Τῆν τοίνυν ἀχώριστον καὶ συγγενῆ τῆς θείας οὐσίας τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου ὑπόστασιν, τῷ τοῦ δακτύλου ὀνόματι ἐφανέρωσε.

(b) Lib. I, ep. 97.

(c) Lib. I, ep. 109.

(d) Lib. IV, ep. 204, Ὅσπρηκα ὁ πρωτόπλαστος

PATROL. GR. LXXVIII.

D ἄνθρωπος ἐξ αὐτῆς, ὡς ἄν τις εἴποι, γραμμῆς τῆς θείας ἐντολῆς ἀλογήσας τὴν ἀπάτην προυτίμησε τοῦ αὐτὸν ἀπολέσαι παντελῶς μηχανησαμένου, τὸ τριπλαῦτα καὶ τὸ σῶμα αὐτοῦ γέγονεν οὐ μόνον θνητὸν, ἀλλὰ καὶ παθητὸν. Πολλὰ γὰρ ἐλαττώματα ἐβλάστησε, καὶ βαρὺς, καὶ δυσήνιος ὁ ἴσπος κατέστη.

(e) Lib. IV, ep. 141, p. 491, lit. C, lin. 2. — εἰ δὲ τις οἴεται, τοῦτο μὴ εὐλόγως νευμοιοθεῖσθαι, τί φεῖη περὶ τοῦ θανάτου, ὅτι μὴδ ἁμαρτησάσης φησὶ δὴ τῆς εὐσας ὄλον, κ. τ. λ.

(f) Lib. IV, ep. 121.

(g) Lib. III, ep. 162.

(h) Lib. II, ep. 2; lib. IV, ep. 53. — ἔχει γὰρ ἡ φύσις ἐν αὐτῇ τῶν ἀρετῶν ἀκριβὲς καὶ ἀδέκαστον τὸ χριστηρίον. — lib. IV, ep. 54.

(i) Lib. II, ep. 72, p. 154, lit. A, lin. 8. — πῶς γὰρ, εἰ ἐκ φύσεως εἶχον τὸ εἰδέναι τὰ κακὰ ἐφασκε τὸ — deest in cod. Bav. — μεμαθηκότες τὰ κακὰ; εἰ δὲ μεμαθηκέντες, καὶ ἀπομαθεῖν δυνησονται.

(j) Lib. II, ep. 72, p. 154, lit. C. — καὶ βοᾷ μὲν τοῦτο τὰ πράγματα καθ' ἐκάστην ἀμειβόμενα τὴν ἡμέραν ἐγγύονται δὲ καὶ αἱ γραφαί.

(k) Lib. II, ep. 72, p. 154, lit. C, lin. 3, lin. 9.

tuum (a). — Quare ipse Christus πάσης φύσεως πονη-  
ρίαν nunquam καταγινώσκων, Probus, inquit, ho-  
mo bona de bono suo profert thesauro (b), atque  
illos qui ἐμφύτῳ νόμῳ παιδαγωγηθέντες omnibus  
suis officiis satisfecerint, laude dignos esse intelli-  
gens, Omnia, inquit, quæcunque volueritis, ut fa-  
ciant vobis homines, vos quoque facite illis (c).

Attamen omnes fere mortales, mortem metuen-  
tes, neque de futura vita ac remuneratione persuasi,  
gravia commiserunt peccata (d). Diabolus autem et  
dæmones hujus imperio subjecti eos naturalibus,  
quibus præditi erant, bonis spoliarunt, atque eorum  
ignavia et inertia sustentati (e) illos in omnia flagi-  
tiorum genera ingurgitarunt, itaque extremo affe-  
cerunt malo (f).

Deus igitur, cum alia vana esse videret remedia B  
— nam neque lex a Mose lata, neque prophetarum  
adhortationes pestilentem, quo omnes fere labora-  
runt, morbum depellere potuerant (g) — Filium  
misit unigenitum, ut peccata hominibus remissurus  
justam haberet veniæ causam (h). Ergo carnem eo  
consilio assumpsit Dei Filius ut humanos effectus  
animique perturbationes, quæ fluctuum instar atollit

(a) Lib. iv, ep. 61 : — Ἐλληνας δὲ ἐνταυθα  
φῆσιν, οὐ τοὺς εἰδωλολάτρους, ἀλλὰ τοὺς εὐσεβεῖς,  
τοὺς ἐν τ. ἐμφ. πολιτ. νομ. — πάντα τὰ πρὸς εὐσε-  
βειαν βλέποντα παραφυλάσσοντας· οἱ ἦσαν Μεγα-  
σεδῆκ, Ἰώδ, Κορνήλιος.

(b) Lib. iii, ep. 107, p. 304, lit. A, lin. 10.

(c) Lib. iv, ep. 43 : — Εὐδόκιμοι μὲν οἱ τῷ ἐμφύτῳ  
νόμῳ παιδαγωγηθέντες, καὶ τὸ δέον πεποιηκότες. C  
ἔχει γὰρ ἡ φύσις ἐν ἑαυτῇ τῶν ἀρετῶν ἀκριβῆς καὶ  
ἀδέκαστον τὸ κριτήριον, ὅπερ καὶ ὁ Χριστὸς ἐν πα-  
ραϊνέσεως μέτρῃ καὶ συμβουλῆς εἰσῆγαγε, λέγων·  
πάντα, ὅσα ἐὰν θέλητε ἵνα ποιῶσιν ὑμῖν, κ. τ. λ.

(d) Lib. iv, ep. 146, lit. C, lin. 9. — οὐδὲν ἀπρα-  
κτον εἶσαν. Ὡς γὰρ μηκέτι θντες μετὰ θάνατον,  
πάντα ὁρῶν τὰ αἰσχύνης καὶ θανάτων — quæ cod.  
Vat. 650. omittit — καὶ κολάσεως ἀξία ἐπεχειροῦν,  
λέγοντες· αὐτῇ ἡ μερὶς ἡμῶν, καὶ ὁ κληρὸς οὗτος.  
Ἦκε τοίνυν ὁ Σωτῆρ, κ. τ. λ.

(e) Lib. iv, ep. 15 : Ἀπηφίσασε μὲν ὁ κοινὸς  
ἀπάντων ἔχθρὸς, ἀτε δὴ τυραννίδα νοσῶν, τὸ ἀν-  
θρώπινον γένος τῶν προσόντων αὐτῷ ἐμφύτων  
παιονεκτημάτων, καὶ τὴν ἐναντίαν τῆς ἀρετῆς  
περίεστειλε πολιτεῖαν, τὴν τῶν ἀνθρώπων βώμην  
— cod. vat. 650. γνώμην — ὑπήκοον δεξάμενος, οὐ  
γὰρ ἂν τοσαύτην γνώμην — cod. Vat. 650. βώμην  
— εἶχε καθ' ἑαυτὸν, εἰ μὴ ὑπὸ τῆς τῶν ἀπατηθέν-  
των βραθυμίας κοιμῶδὴ ἐπεβρόσθη. ἀλλ' — Ea,  
quam e codice Vat. notavimus, scriptura vulgatæ  
haud dubie præferenda est, eamque conjectura jam  
assecutus erat Rittershusius.

(f) Lib. iii, ep. 329 : Ὅτι οἱ ἀλιτήριοι δαίμονες  
μετὰ τοῦ στρατηγούντος αὐτοῖς διαβόλου, — ἐπὶ τὸ  
ἔσχατον τῶν παθῶν τοὺς ἀνθρώπους ἀπήλασαν· τότε  
sqq.

(g) Lib. iv, ep. 100 : — Πᾶς γὰρ ἰατρείας ἐξηλέγ-  
χθῆ τρόπος, καὶ οὐτε νόμος, οὐτε προφητικὸς λόγος  
τὸν ἐπιπολάσαντα λοιμὸν ἀπελάσαι ἴσχυεν, — cod.  
Vat. 650. ἴσχυεν. — lib. iv, ep. 53., in qua fusius  
hanc suam sententiam exponit Isidorus in hunc  
modum : — ἐπειδὴ δ' ὤκλασεν ἡ φύσις, καὶ  
ἡμαύρωσε τοὺς τῆς ἀρετῆς χαρακτήρας, ἐδόθη  
καὶ ὁ νόμος γραπτὸς. Ἐπειδὴ δὲ καὶ αὐτὸς — cod.  
Vat. 650. οὗτος — παρεβάθη, ὁ τῶν προφητῶν  
χορδὸς ἐνεχειρίσθη τὴν διόρθωσιν. Ὡς δὲ καὶ οὗτος  
ἀπαίτεν, —

A solebant, sedaret (i), ut quæ minus recta ipsi vide-  
bantur reprehenderet (j), ut diaboli omniumque  
dæmonum frangeret robur nervosque (k), ut deni-  
que homines sedata divini numinis ira cum Deo  
reconciliaret (l).

Sed ne in exponenda hac, quæ jure omnium  
gravissima habetur, doctrina nimis leves videamur  
lectoribus, quid Isidorus de his aliisque dogmatis  
censuerit paulo accuratius exponendum est, et pri-  
mum quidem illius sententiam de ratione, qua divina  
Jesu Christi natura cum humana sese conjunxerit,  
declarandum videtur.

Deus Filius mortalibus appariturus carnem in Ma-  
ria virgine ex eaque assumpsit (m), obsignatamque  
illius naturam relinquens (n) vere homo factus est (o).  
Etsi igitur nobis perquam similis fuit — cibum enim  
potumque sumpsit, lacrymas effudit, aliaque hujus  
generis, quæ mortalium naturæ propria habentur,  
perpessus est — tamen, cum divina ejus natura non  
immutaretur (p), neque erravit, neque vitium com-  
misit ullum, sed omnis mendacii expertus fuit, om-  
nisque peccati (q). Etenim non merus homo, sed

(h) Lib. iv, p. 100. — τότε δὴ λύτερον τὸν Μονο-  
γενῆ ἐπεισήγαγεν, ἢν ἔχη λόγον ἢ χάρις, quæ ad  
verbum limere recurrunt in ep. 73 ejusdem libri,  
ubi lin. 9 lit. B hæc exstant : — ἀντεισήγαγε γὰρ  
λύτερον τὸν Μονογενῆ ἵνα ἔχη λόγον ἢ χάρις.

(i) Lib. iv, ep. 64., quæ sic incipit : Τοῦ Θεοῦ  
Λόγου ἐνανθρωπήσας καταζώσαντος, καὶ τὰ πάθη  
τὰ ἀνθρώπινα, κυμαίνοντα πρώην, καταστορέσαν-  
τος, —

(j) Lib. ii, ep. 46, p. 141, lit. A, lin. 6 : — ἀλλὰ  
ἀνάγκη τὸν ἐθέλοντα κινήσαι καὶ ἀφανίσει τὰ  
φαῦλα, τὰ μήπω νομομιμῆνα ἀντὶ τῶν πρότερον  
ἐπὶ ζημίᾳ κεκρατηκότες καταστήσει.

(k) Lib. iv, ep. 64 : (Χριστοῦ) — τὰς πονηρὰς  
φάλαγγας ὑπὸ τοὺς πόδας τῶν οικειῶν φοιτητῶν  
παρασχευάσαντος. — lib. iv, ep. 108, p. 471. διὰ  
τοῦτο καὶ ὁ Χριστὸς τὴν διὰ σταυροῦ πρὸς τοὺς δαι-  
μόνας κατεδέξατο μάχην. — lib. iii, ep. 329. —  
lib. iv, ep. 166, p. 508, lit. A, lin. 8.

(l) Lib. iv, ep. 100. — ἱερῶν γὰρ προσπνέθη  
ἐν ὑπὲρ πάντων, καὶ ὑπὲρ τῶν ἀπάντων ἀξίαν. Καὶ  
τότε ἡ ὀργὴ ἐλύθη καὶ ἡ καταλλαγὴ γέγονε, καὶ ἡ  
ἐχθρα εἰς φιλίαν μετεβρόμυθη, καὶ ἀντὶ τῆς  
ἀποφάσεως, τὸ ὑπερφυῖς τῆς υἰοθεσίας ἐδόθη χάρι-  
σμα, καὶ μυρία δῶρα ἐχόρυσσε — Cod. Vat. 650.  
ἐχορήγησε.

(m) Lib. i, ep. 121 : (Χριστὸς) — τὴν πρὸς τὸν  
Ἀβραάμ πληρώσει θέλων ὑπόσχεσιν, καὶ τοῦ σπέρ-  
ματος αὐτοῦ ἐπιλαβόμενος, καὶ μητέρα ἐκείθεν ἐπι-  
λεξάμενος, καὶ ἐν αὐτῇ καὶ ἐξ αὐτῆς σαρκωθείς.

(n) Lib. i, ep. 23. — τὴν δὲ (μητέρα) τὸν Κύριον  
ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν κηύσασαν, αὐτὸς συλληφθεὶς  
ἀσπόρως προερχόμενος ἤνοιξε, καὶ πάλιν ἐσφρα-  
γισμένην κατέλειπεν.

(o) Lib. i, ep. 23 : Χριστὸς ἀληθῶς — cod.  
Vat. 649 et Alt. ἀληθῆς — μὲν γενόμενος ἄνθρω-  
πος — lib. i, ep. 121. — καὶ ἄνθρωπος κατὰ  
ἀλήθειαν ὁμοῖος ἡμῖν κατὰ πάντα. — Cf. porro  
lib. i, ep. 75, lib. ejusd. ep. 102. aliaque innume-  
rabilia Isidori dicta.

(p) Lib. i, ep. 416, p. 107, lit. A, lin. 2 : Πέτρα  
δὲ ὁ Χριστὸς ἐστίν, ἀτρεπτος μέγας, ὅτε σεσάρ-  
κωτο.

(q) Lib. i, ep. 121 : — καὶ ἄνθρωπος κατὰ  
ἀλήθειαν ὁμοῖος ἡμῖν κατὰ πάντα, πλην ἁμαρτίας :

unus existit in duabus naturis Dei Filius (a). A Quem modo descripsimus Jesum Christum, is dum in terra versatur, herilem formam habitu occultans servili (b), mortales quid verum esset, justum atque honestum edocuit, atque, ut auxilium infelicibus, mœstis solatium et incredulis afferret terrorem, diversi generis miracula edidit (c); apostolis eos, qui cœtui Christianorum ascribi voluerunt, baptizandi mandavit officium, sacramque cœnam instituit. Tandem opere suo, quod ei a Patre demandatum erat, peracto, se interfectum iri bene intelligens (d), utro hostibus sese dedit (e), cruci que affixus, si humana ejus spectatur natura, mortem occubuit (f); neque tamen omnibus, quibus Judæi eum afficiebant, malis et injuriis, quæque eo graviores fuere, quo major condemnati dignitas fuit (g), commotus est (h). Detractus vero ab amicis ex cruce atque sepultus, tertio, uti prophætæ prædixerant, die (i), clauso sepulcro (j), resurrexit; discipulis sæpius apparuit, rediitque, postquam illis Paracletum promiserat, unde venit. — De quibus omnibus singulatum dicendum est; itaque primum de doctrinæ Jesu Christi in animos mortalium efficacia; dein de baptismo et sacra cœna, denique de morte illius expiatoria agemus.

Doctrina, quam Jesus Christus mortalibus tradidit, quamque apostoli docendo et scribendo cum multis communicarunt, scala est, qua ad Deum ascenditur (k). Etenim si illam sequimur, animi nostri solertia et alacritas acuitur et augetur (l), simul periclitantibus nobis lætam spem, prospere agentibus fiducia, iisque, qui in malis versantur, affert solatium (m). Quare qui vitia commiserunt, nō melius agere possunt, quam sacram Scripturam noctes atque dies versare (n). Est enim illa spirituale speculum (o), quod deformitatem nobis non modo ostendit, verum etiam efficit, ut hæc, si modo ipsi volumus, in summam commuletur pulchritudinem. Peccatis igitur cujuscunque generis affert remedia (p), cum ejus auxilio et morbi vis, et ratio, qua ille sanari possit, cognoscatur (q). Huc accedit, quod doctrinæ, quæ Bibliis continetur, hæc peculiaris et propria vis est, ut totum animum ita occupet, ut terrenarum rerum prorsus oblitum, ingentem divini numinis sapientiam et benignitatem admirantes (r), malisque moribus et ignorantia depositis, stamus et prohi et sapientes (s).

Uti vero doctrina sua Christus nos ad æternam consequendam salutem reddidit idoneos, ita et baptismo, qui apte cum Judæorum circumcissione con-

quibuscum conferas lib. 1, ep. 416. Χριστός — ἀτρεπτός μείνας, ὅτε σαρκίωτο· ἀμαρτίαν γὰρ οὐκ ἐποίησεν, οὐδὲ εὐρέθη ὁδὸς ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ.

(a) Lib. 1, ep. 23: — ἀληθῶς μὲν γενόμενος ἄνθρωπος, ἀληθῶς δὲ ὢν καὶ Θεός — cod. Bav. Θεὸς ὢν — καὶ προσκυνουμένους εἰς ἐξ ἀμφοτέρων τῶν φύσεων. — Codd. Bav. Vat. 649. et Alt. ἐν ἀμφοτέρας ταῖς φύσεσιν.

(b) Lib. III, ep. 430, lit. E, lin. 1: τὴν Δεσποτικὴν μορφήν κρύψας, τὴν τοῦ δούλου ἐπεδείκνυτο.

(c) Lib. 1, ep. 54. — lib. 1, ep. 51: — Ἐπειδὴ γὰρ ἐν πᾶσι τοῖς θαύμασιν οὐδὲν αὐτὸν — cod. Bav. οὐδένα τόπον — παρασχόντα τινι λυπηρῶν — cod. Bav. λυπηρῶ — ἐωράκεισαν, μόνον εὐεργετῶν αὐτὸν ὑπελάμβανον δύνασθαι, οὐκ ἔχοντα — codd. Bav. Vat. 649. et Alt. addunt τοῦ — κακοῦν τοὺς πονηροὺς ἐξουσίαν. ἐκ τῆς ἀφύου τοῖνον οὐσίας, πείθει τὸν ἀχάριστον ὄημον ὅτι καὶ ἀμύνασθαι δύναται, καὶ ὡς ἀγαθὸς οὐ βεβούληται. — codd. Vat. 649. et Alt. βεβούληται. — ἐξηράνθη οὖν ξύλον, ἵνα φοβήσῃ ἀνθρώπους.

(d) Lib. 1, ep. 417. ἠγγόνησε, φάσκουσι, — codd. Vat. 649. et Alt. φάσκοντες — τῆς συντελείας τὴν ἡμέραν ὁ Κύριος· οὐκ ἠγγόνησεν, ἀπαγε, ἀλλὰ σαφηνίζεις τ. ἀν. κ. τ. λ.

(e) Lib. 1, ep. 97: ᾧ μὴ πάθος ἀβούλητον τὸ πάθος. — lib. IV, ep. 98, in qua lin. 3. τὴν ἐκούσιον ὁρμήν τὴν εἰς τὸ πάθος commemorat Pelusiotia. — lib. IV, ep. 128., quæ sic incipit: Πόθεν, εἰς, ὁπλόν ἐστιν, ὅτι ἐκὼν ἐπὶ τὸν θάνατον ἦλθεν ὁ Χριστός; μάλιστα μὲν, κ. τ. λ.

(f) Lib. IV, ep. 166, p. 508, lit. C, lin. 2: — Εἰ δὲ τὸ πάθος σε ταραττεῖ, τὸ κατὰ Θεοῦ μὲν τολμηθὲν, σαρκὸς δὲ ἀψάμενον, ἄκουε τοῦ κορυφαίου τῶν ἀποστόλων, λέγοντος· Χριστοῦ οὖν παθόντος σαρκί. Εἰ τοῖνον ὁ τὰς κλειῖς τῶν οὐρανῶν ἐγχεχειρισμένος, τὴν σάρκα κυρίως ἀπεφάνητο πεπονθέναι, τὴν καθῶν δεκτικὴν· ἀπαθὲς γὰρ τὸ Θεῖον. — lib. IV, ep. 179, p. 515, lit. B, lin. 2: — Ἐπειδὴ γὰρ οἱ πάντολμοι Ἰουδαῖοι ἐπιλυττήσαντες ἐδραματούργησαν τραγωδίαν, κατὰ Θεοῦ μὲν τολμηθεῖσαν, σαρκὸς δὲ ἀψάμεντην· ἀπαθὲς γὰρ τὸ Θεῖον κυρίως.

(g) Lib. IV, ep. 179, lin. 5. — εἰ δὲ καὶ τις τὰ

ὁμοία πέπονθε (δεδοσθα γὰρ), ἀλλὰ τὸ μὴ ἀπὸ τῆς ἴσης ἀξίας ὁρμάσθαι τοὺς πεπονθότας, ἀνίστα πάλιν δείκνυσαι τὰ πάθη. Οὐ γὰρ, sqq.

(h) Lib. II, ep. 466, in qua causam exponit Isidorus, cur Christus mulieres morti ejus illacrymantibus objurgarit, in hunc modum: Ὑβρις γὰρ ἐκείνῳ τὸ συμπαθὲς, ᾧ μὴ τὸ πάθος — codd. Bav. addit hæc: ἀβούλητον τυγχάνει. Οἱ μὲν γὰρ ἄκοντες πάσχοντες εἰκότως — καταθρηνοῦνται· οἱ δ' ἐκ. — Cf. porro: lib. II, ep. 285, lib. IV, ep. 97, ep. 160.

(i) Lib. IV, ep. 125.

(j) Lib. 1, ep. 404.

(k) Lib. I, ep. 360.

(l) Lib. II, ep. 406.

(m) Lib. II, ep. 299, p. 256: Αἱ ἱερὰ Γραφαὶ — κινδυνεύουσι μὲν ἀγαθὴν ἐπιπέδα ὑπισκυνόμεναι, εὖ πράττουσι δὲ θάρσος ὀρέγουσαι· καὶ δυσπραγοῦσι μὲν παραμυθίαν προτεινόμεναι, —

(n) Conferantur quæ de Scripturæ sacræ lectione agentes attulimus Isidori dicta.

(o) Lib. II, ep. 435, p. 485, lit. A, lin. 10. — εἰ δὲ φαίης, τί οὖν ποιητέον; φησάμι, ὅτι τὸ κάτοπρον τὸ πνευματικὸν συνεχῶς μεταχειριστείον· φημί — codd. Vat. 649. et Alt. addunt δὴ — τὰς θείας Γραφὰς — τοῦτο γὰρ τὸ κάτοπρον, οὐ δείκνυσαι τὴν ἀμορφίαν μόνον, ἀλλὰ καὶ μετατιθησιν, ἂν ἐθέλωμεν, — desunt in cod. Bav. — εἰς κάλλος ἀμύχανον.

(p) Lib. V, ep. 376. — οἱ μὲν ἱεροὶ χρησιμοὶ πᾶσι τοῖς ἀμαρτήμασι τὰ λάματα σαφῆ προσάγουσιν.

(q) Lib. V, ep. 257. εἰ δὲ ἀπιστεῖς ταῖς θεαῖς Γραφαῖς· ἐντυχῶν, εἰση καὶ τοῦ νοσήματος τὴν κακίαν, καὶ τῆς κακίας τὴν ἀπαλλαγὴν.

(r) Lib. III, ep. 388. — εἰσω γὰρ τοῦ γράμματος παραπέμποντες τὸν νοῦν, τοσοῦτο πλεμπλάνται θαύματος, καὶ τοσαύτης πληροῦνται χάριτος, ὥστε — cod. Bav. ὡς — μηδὲν εἶτι χωρῆσαι τῶν ἐπιγείων πραγμάτων δύνασθαι, μηδὲ ἂν πάντα πρὸς αὐτοὺς συρρέη τὰ περιμάχητα, λήθης ὢν πρότερον ἐθαύμαζον ἐκνικησάσης.

(s) Lib. IV, ep. 160. — οὕτω καὶ ἡ θεία σοφία τὴν κακίαν καὶ τὴν ὄνησιον ἐξοστρακίζουσα, σύνεσιν καὶ ἐπιστήμην ἐντίθησιν.

ῥήσεις τῶν ἱερῶν χρησῶν διὰ στόματος σπάραττε.  
— ἀλλὰ τὰς ὑποθέσεις ἀκριθῶς ζητήσας, ἔξεις τὰς  
λύσεις. Τυφλώτουςι γὰρ αἱ ἐρμηνεῖαι τῶν ὑποθέ-  
σεων χρεῖουσαι. — ὑπόθεσις autem est, ut peri-  
οχητῆ, aliqua libri cuiusdam sectio.

(e) Lib. II, ep. 244, quæ his verbis incipit: Οἱ  
τοὺς θεῖους χρησμούς παραποιούντες καὶ πρὸς τὸ  
οἰκεῖον βούλημα ἐκδιζόμενοι, συγγνώμης ἀμαρτά-  
νουσι μείζονα.

mus, quod in eadem epistola, in qua aureum illud  
repetivit præceptum, in vitium modo acriter ab  
ipso vituperatum, ipse incurrerit. Et enim Isaiam,  
de cauponibus vinum aqua miscentibus agentem,  
de malis interpretibus et Evangelii corruptoribus  
locutum esse affirmat (f). — Neque sibi videtur  
constare, cum contra Judæos, ut secunda secundi  
capitis paragrapho vidimus, allegoricam interpre-  
tandi rationem defenderit eamque ipse adhibuerit  
sæpenumero.

Quod antequam compluribus ejusdem viri dictis  
comprobemus, placet nobis gravissima examinare  
exempla, quibus Richardus Simon (g), Dupinius (h)  
et Rosenmuellerus (i), eum interpretem fuisse satis  
acutum probare conati sunt.

Quam Simon primo loco protulit epistolam, in  
qua Isidorus, Matthæi verba: οὐκ ἐγίνωσκεν αὐτὴν  
ἕως οὗ ἔτακε τὸν υἱὸν αὐτῆς, explicaturus, de ἕως  
particulæ usu agit, illam nos alibi (j) jam tetigi-  
mus. — Bene autem in epistola ad Timotheum  
lectorem (k) Jesu Christi verba: ὁ μικρότερος ἐν  
τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν, μείζων ἐστὶν Ἰωάν-  
νου (l), exposuit; bene in litteris ad Pansophium (m)  
et Aphrodisium presbyterum (n) contra Marcionem  
egit et Judæos; optime denique Servatoris dictum:  
Γίνεσθε φρόνιμοι ὡς οἱ ὄφεις, καὶ ἀκέραιοι ὡς αἱ  
περιστεραὶ (o) ab Isidoro explicatum esse, vel ex  
epistolæ ad Martinianum presbyterum (p) initio,  
quod his verbis continetur: Ἡ φρόνησις τῇ ἀπλό-  
τητι κερνωμένη (q) οὐδὲν τι χρῆμα — potest intel-

(f) Lib. III, ep. 125: Πολλάκις ἐθαύμασα τῶν τὰς  
θεῖας παρερμηνεύοντων Γραφῶν, καὶ τὸ οἰκεῖον  
μᾶλλον βούλημα, ἢ τὸ ἐν αὐτοῖς κείμενον περιστᾶν  
πειρωμένων. Τὸ γὰρ ἄκρατον αὐτῶν καὶ εἰλικρινές,  
καὶ εὐφρᾶναι ψυχῆν. — cod. Bav. ψυχᾶς — δυνάμε-  
νον βούλημα τῷ φαύλῳ καὶ ἐξιτήλῳ τῶν οἰκεῖων δογ-  
μάτων παρακρινῶντες ὕδατι, τὰ θεῖα κατηλεύειν  
τολμῶσι. — cod. Bav. τολμώντες — καὶ τοῦτό ἐστι  
τὸ, Οἱ κἀπηλοὶ σου μίσγουσι — cod. Bav. σμίγουσι  
τὸν οἶνον ὕδατι, x. τ. λ.

(g) Rich. Simon *hist. crit. des princ. commenta-  
teurs du N. T.* p. 306. col. 2. Quoique nous n'ayons  
aucun commentaire en particulier d'Isidore de Da-  
miète sur l'écriture, il mérite cependant d'être mis  
au rang des plus habiles commentateurs tant du Vieux  
que du Nouveau Testament.

(h) Du Pin *Nouv. bibl. des aut. eccl.* tom. IV, p. 8,  
col. 1. laudat ejusdem l'habileté dans l'interpréta-  
tion.

(i) Rosenm. *Hist. interpr. libb. sacr. pars IV*, pag.  
184. *In eruendo sensu grammatico haud infeliciter  
versatus est, et sæpe explanationes proposuit notatæ  
et examine etiamnum dignas.*

(j) Cf. p. 200. — Restat autem, ut hoc loco mo-  
neam, Rittershusium quoque in nota ad hanc epi-  
stolam attulisse dicta Gregorii Nazianzeni, Basilii  
Magni, Chrysostomi, aliorum, qui omnes eamdem  
particulam eodem modo explicarunt.

(k) Lib. I, ep. 68.

(l) Evang. Matth. xi, 11.

(m) Lib. I, ep. 371.

(n) Lib. II, ep. 99. — Cf. p. 201, not. 1.

(o) Evang. Matth. x, 16.

(p) Lib. II, ep. 175. — Cf. lib. IV, ep. 137.

(q) Cod. Bav. Ἡ φρόνησις κερνωμένη τῇ ἀπλό-  
τητι, x. τ. λ.

ligi. Neque quod Epimāchos; quærenti ex eo, quid A  
φυλακτήρια apud Judæos fuerint, in epistola ad  
hunc data (a), rescribit, rejiciendum est. Nam ἔσθι,  
inquit, ὅτι δέλτια (b) ἦν μικρά, ἔσω (c) τὸν νόμον  
ὠδίνοντα, ἅπερ ἐφόρουσιν οἱ τῶν Ἰουδαίων καθήγηται,  
ὡςπερ νῦν αἱ γυναῖκες τὰ (d) Εὐαγγέλια τὰ (e)  
μικρά (f).

Quas vero loco secundo, quinto et sexto, ut Isi-  
dorum interpretem satis acutum esse probaret, at-  
tulit Simon ejusdem epistolae, his videtur mihi  
ostendi posse contrarium. Pelusiota enim, cum  
Jesus Christum in hac terra viventem omnium rerum  
scientem fuisse opinatus sit, hunc, se ultimum  
mundi diem accurate definire non posse (g), eo  
tantum dixisse consilio arbitratur, ut inutiles decli-  
naret quæstiones (h). — Sed multo minus probari  
potest verborum, Ἐγὼ καὶ ὁ Πατήρ ἐν ἑσμεν (i),  
explicatio. Nempe Christum adjectivo numerali ἐν,  
se unius ejusdemque naturæ esse, atque Patrem,  
plurali vero numero ἑσμέν, se a Patre distinctum,  
significare voluisse, docet in epistola ad Cytherium  
Sabellianum data (j). — Neque omni reprehensione  
vacant quæ in epistola ad Nilum (k) de petitione  
filiorum Zebedæi dicta sunt. Etenim Christi ad eos-  
dem responsioni: Οὐκ ἔστιν ἐμὸν δοῦναι, ἀλλ' οἷς  
ἠτοίμασται ὑπὸ τοῦ Πατρὸς μου (l) — hanc ne quis  
de Servatoris dubitaret omnipotentia, subjiciendam  
esse statuit sententiam: Οὐκ ἔστιν ἐμὸν δοῦναι  
ἀπλῶς τοῖς αἰτούσιν, ἀλλὰ παρασχεῖν μισθὸν τοῖς  
καμοῦσιν.

His a Simone laudatis alias addiderunt Dupinius C  
et Rosenmuellerus Isidori Pelusiote epistolae, inter  
quas præ cæteris memoratu digna est, quam ille

(a) Lib. II, ep. 150.

(b) Cod. Bav. δέλτια.

(c) Sic scribendum est auct. cod. Alt. pro ἔσω.  
Cod. Bav. εἶσω.

(d) Verba, αἱ γυναῖκες τὰ, desunt in cod. Bav.

(e) τὰ deest in cod. Bav.

(f) Suicerus in *Theo.* s. v. Εὐαγγέλιον p. 1227.  
attulit duo Joannis Chrysostomi dicta, quorum unum,  
quod ex homilia XIX, ad populum Antiochenum  
repetitum est, huc transcribere placet: Αἱ γυναῖκες  
καὶ τὰ παιδία τὰ μικρά, ἀντί φυλακῆς μεγάλης,  
Εὐαγγέλια ἐξαρτίστοι τοῦ τραχήλου, καὶ πανταχοῦ πε-  
ριφέρουσιν, ὅπουπερ ἂν ἀπίωσιν.

(g) Evang. Marc. XIII, 32: Περὶ οὗ τῆς ἡμέρας  
ἐκείνης ἢ τῆς ὥρας οὐδεὶς οἶδεν, οὐδὲ οἱ ἄγγελοι οἱ  
ἐν οὐρανῷ, οὐδὲ ὁ Υἱὸς, εἰ μὴ ὁ Πατήρ.

(h) Lib. I, ep. 117. Τί καθ' ἑαυτῶν τὴν τοῦ Κυρίου  
ἐπισπῶνται κρίσιν οἱ βλάσφημοι; τί τὸ πῦρ τῆς  
γεέννης οἱ θεομάχοι ἐκκαλοῦσιν; — Sic Rittersh.  
eamdemque scripturam tutantur Codd. Vat. 649. et  
Alt. ἐπικαλοῦσιν scripsit Editor Parisiensis — ἡγ-  
νόησε, φάσκοντες, — Sic Codd. Vat. 649. et Alt.  
vulg. φάσκουσι, — τῆς συντελείας τὴν ἡμέραν ὁ  
Κύριος, οὐκ ἡγνόησεν, ἀπαγε, ἀλλὰ σαφηνίσει τὰ  
ἀνομφελῆ παρητεῖτο προβλήματα: ἐπεὶ πῶς ἀγνοεῖν  
τὸ δοῦναι ὥραν ἢ ἡμέραν ὁ Ποιητῆς τῶν αἰώνων; ἐν ψ,  
z. τ. λ.

(i) Evang. Joann. x, 30.

(j) Lib. I, ep. 158., cujus ultima verba hæc sunt:  
Ἐγὼ καὶ ὁ Πατήρ ἐν ἑσμεν, εἰρηται. Οὐκ — cod.  
Bav. εἰρηται, ὅτι — ἐγὼ καὶ ὁ Πατήρ ἐν εἰμι. —  
Cod. Bav. ἕνας εἰμι. — Τὸ τοῖνον ἐν τῆς μιᾶς οὐ-  
οἷς δηλωτικόν· ἐδ, ἑσμέν, τῶν δύο ὑποστάσεων ἐστὶ

A Alexandro scripsit. In hac enim eōs summopere  
vituperat, qui, cum omne Vetus Testamentum ad  
Christum trahant; efficiunt, ut etiam ea, quæ recte  
ad eum referuntur, in suspicionem veniant, inepto-  
que hoc studio hæreticis ethnicisque disputandi ansa  
præbeatur (m). — Neque notatu prorsus indignæ  
litteræ sunt, quas scripsit ille ad Isidorum diaco-  
num (n). Huic enim quærenti, quid sit σάββατον  
δευτερόπρωτον, respondet, hoc nomine diem δευτε-  
ρον τοῦ πάσχα et πρώτον τῶν ἀζύμων fuisse insi-  
gnitum. Ἐσπέρας γάρ, pergit, θύοντες τὸ πάσχα τῇ  
ἑξῆς τὴν τῶν Ἀζύμων ἐπανηγύριον ἑορτὴν, et post  
paulo σάββατον, inquit, πᾶσαν ἑορτὴν καλοῦσι (o).  
Distinguit igitur inter Paschatis et Azymorum fe-  
stum; neque negandum est primum hujus festi diem,  
B quo agnum Paschale edere consueverunt Judæi, κατ'  
ἔξοχὴν Pascha; reliquos sex dies appellatos esse  
ἑορτὴν τῶν Ἀζύμων (p). Attamen variis de causis,  
quas hic exponere longum est, rejecta hac, quam  
Isidorus proposuit σαββάτου δευτεροπρώτου explica-  
tionem, eam de hac re tenendam esse existimo sen-  
tentiam, quam inde a Scaligero et Casaubono om-  
nes fere interpretes veram habuerunt. — Deinde  
alia in epistola ad Timotheum lectorem (q) Christi,  
quæ exstant apud Mathæum (r) verba: Ὅσπερ γάρ  
ἦν Ἰωάννης ἐν τῇ κοιλίᾳ τοῦ κήτους τρεῖς ἡμέρας καὶ  
τρεῖς νύκτας, οὕτως ἔσται ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐν  
τῇ καρδίᾳ τῆς γῆς τρεῖς ἡμέρας καὶ τρεῖς νύκτας,  
explicaturus, nobis dubitare non licere declarat,  
quin Jesus Christus, ἐπαγγελάμενος τὸν τύπον  
πληρῶν (s) Ἰωάνη, tam diu commoratus sit in se-  
pulcro, quam Jonas in ceti ventre. Quibus præmis-  
sis illum tres dies totidemque noctes in sepulcro

— quod ex codd. Bav. Vat. 649, et Alt. addendum  
est — σημαντικόν.

(k) Lib. I, ep. 137.

(l) Evang. Matth. xx, 20—29.

(m) Lib. II, ep. 195: Οἱ πᾶσαν τὴν Παλαιὰν Διαθή-  
κην εἰς τὸν Χριστὸν μεταφέρειν πειρώμενοι, οὐκ  
ἔξω αἰτιάσις εἰσιν, ἐπεὶπερ καὶ Ἕλλησι, καὶ τοῖς  
μὴ ἐγκρίνουσιν αὐτὴν αἰρετικοῖς ἰσχύειν — Sic au-  
cloritate cod. Bav. scribendum est vulg. ἰσχύειν — ἐν  
τῇ καθ' ἡμῶν διδῶσι μάχη. Τὰ γὰρ μὴ εἰς αὐτὴν  
εἰρημένα ἐκβαζόμενοι, καὶ τὰ ἀδιάστως εἰρημένα  
ὑποπτύεσθαι παρασκευάζουσι. Δι' ὧν γὰρ ἐκείνοι  
αὐτοὺς ἀνατρέπουσι ὡς παραποιῶντας — cod. Bav.  
παραποιῶντες — διὰ τούτων καὶ ἐν τοῖς διαβήθηθην  
περὶ αὐτοῦ εἰρημένοις νικᾶν νομίζονται. — *Cate-*  
*rum* cf. p. 154.

(n) Lib. III, ep. 110.

(o) Et hoc quidem Isidorus probat his verbis: Καὶ  
διὰ τοῦτ' εἰρηται Σάββατα σαββάτων. Ἐπειδὴ ἔσθ'  
ὅτε. ἢ ἡ ἀρχὴ τῆς πανηγύρεως, ἢ τὸ τέλος συνέπιπτε  
τῷ τῆς ἐβδομάδος σαββάτῳ, οἷον εἰπεῖν, καὶ παρ'  
ἡμῶν πολλάκις γίνεται. Ὅσπερ γάρ — οὕτω καὶ παρ'  
αὐτοῖς, εἰ — quod e cod. Bav. recepi. vulg. ἢ — καὶ  
ἡ πανηγυρις τῷ σαββάτῳ — cod. Bav. τῶν σαββάτων  
— συνέπιπτε. Σάββατα Σαββάτων ἐκαλεῖτο.

(p) Cf. II, Chron. xxxv, 17.

(q) Lib. I, ep. 114. Errat enim Dupinius, qui l.  
c., p. 7. col. 2 Isidorum lib. IV, ep. 114., et lib. II ep.  
212, de hac re egisse perhibet.

(r) Matth. Evang. XII, 40.

(s) Chatardus edidit πληρῶν. Quam scripturam  
tutantur codd. Bav. Vat. 659. et Alt.



mansisse, ostendere conatur diversis modis. Et enim ἔκτη, inquit, ὥρα τῆς παρασκευῆς ἐσταυρώθη ὁ Κύριος, ἀπὸ ταύτης ἕως ἐνάτης σκότος ἐγένετο, τοῦτο νύκτα μοι νόησον· πάλιν ἀπὸ τῆς (α) ἐνάτης φῶς, τοῦτο πάλιν ἡμέραν· ἡ νύξ αὐθις τῆς παρασκευῆς· τὸ σάββατον πάλιν ἡμέρα· ἡ νύξ τοῦ σαββάτου ὁ τῆς Κυριακῆς ὄρθρος, κατὰ τὸν εὐαγγελιστὴν λέγοντα, τῇ ἐπιφωσκούσῃ εἰς μίαν τῶν σαββάτων. Itaque primam noctem e tribus constitisse horis, ad quas Marco teste (b) istæ duraverunt tenebræ, statuit acutus iste interpret. Quod quam sit insulsum ipse videtur sensisse, cum aliam dicti illius proponat explicationem. Jesus enim, inquit, ἐν τῇ παρασκευῇ cruci affixus, mortuus, eodemque die sepultus est. Quare hic primus, sabbatum vero, quod ἔδον ἐποίησεν ἐν τῷ τάφῳ ὁ Κύριος, secundus, et dominica, qua lucescente resurrexit, dies tertius recte numeratur. Καχομάχοις vero, ita enim pergit, *ne neque totos dies, nec tres noctes enumerasse dicentibus*, in hunc respondens modum: imperator, qui etsi captivus, se eos post tres dies e custodia emissurum esse, promisit, eos tamen ante emittit, quam dies abiit constitutus, non solum mendacii argui nequit, verum summopere laudandus est, itaque Dominus noster Jesus Christus *citius, quam promiserat*, resurgens ab omnibus merito adoratur. Quibus verbis cum auctor, Servatorem τρεῖς ἡμέρας καὶ τρεῖς νύκτας in sepulcro non remansisse, concedat, eum omnia, ab ipso ad difficultatem solvendam paulo ante allata, rursum tollere, quis est, qui non videat? — Omnem vero operam perdidit, ut etiam a Rosenmuellero (c) observatum est, ea explicaturus, quæ de Joannis Baptistæ cibo tradiderunt evangelistæ. Ἀκριδας enim non locustas esse, in epistola ad Nilum (d) data opinatur, sed plantarum extremas partes; itaque verbum ἀκρις paroxytonon, et ἀκρις oxytonon commutavit inter sese. — Neque, si verum esset, quod putat Dupinius (e), Isidorum in una eademque epistola (f) aliquod Pauli apostoli dictum diverso modo decies explicasse, eo ejusdem probari posset in Scriptura sacra explananda solertia, quin potius nos hoc ἔι verteremus vitio, cui tamen non est obnoxius, cum in illa epistola Pauli verba: Πάν ἀμαρτήμα, ὃ ἐάν ποιήσῃ ἄνθρωπος, ἐκτὸς τοῦ σώματός ἐστιν· ὃ δὲ πορνεύων εἰς τὸ ἴδιον σῶμα ἀμαρτάνει (g) diverso modo de-

cies non explicaverit, sed decem argumentis Apostolum vera scripsisse probaverit.

Apparet igitur ex omnibus his exemplis, Isidorum interpretandi munere interdum bene functum fuisse; eundem vero difficiliora Christi et apostolorum dicta explicaturum, aut aliorum Patrum vestigia secutum esse, aut parum accurate, quænam verbis insit sententia, exposuisse. Nihilominus tamen inter optimos, qui illo tempore floruerunt, interpretes nos quoque eum numeraremus, si arte critica melius uteretur, et insanis minus delectaretur allegoriis. Etenim a partibus Rosenmuelleri, qui omnes, in quibus Veteris Novique Testamenti loca ab Isidoro allegorice explicata sunt, non esse ab ipso scriptas suspicatur stare non possumus; quia in promptu est, illum, alioqui satis cautum, aut, quæ Heumanni fuerit sententia, non intellexisse, aut ejusdem de Isidoro ejusque scriptis commentationem ne legisse quidem. Scribit enim: *Interpretationes allegoricas grammaticæ interpretationis studiosissimo adeo indignæ esse videntur, ut non vana sit suspicio, non quidem plerasque, ut visum est Jo. Aug. Heumanno, multas tamen, quæ ei tribuuntur, epistolas sublestæ esse fidei.* — Neque tamen, quinam fuerit, illo, quo Isidorus vixit, ævo artis hermeneuticæ omnisque theologiæ status, in memoriam revocantes Heumanno possumus assentiri, qui malis Isidorum annumerandum esse arbitratur interpretibus, sed quæ in medio sita est sententia, eam tenemus. De cujus veritate ut lectori cuique persuadeamus, restat, primum ut artem criticam ab Isidoro leviter esse facilitatam probetur, deinde ut exemplis quibusdam ostendatur Pelusiotam, ut alios ejusdem ævi interpretes, inepto allegoriarum studio nimis fuisse deditum.

Et primum quidem notatu satis dignum est, quod alibi jam tetigimus (h), eum statuisse, τὸν Ἰῶν τοῦ Θεοῦ a Paulo non πρωτότοκον, sed πρωτοτόκον appellatum esse. — Deinde in medium proferre placet epistolam Uranio diacono scriptam (i), in qua ille Pauli verba (j): Διαθήκη γὰρ ἐπὶ νεκροῖς βεβαία, ἐπεὶ μήποτε ἰσχύει ὅτε ζῆ ὁ διαθέμενος, explicari quidem posse concedit, sed rectius μὴ τότε pro μήποτε scribi affirmat, in hunc modum: Ἐπειδὴ γέγραφας νομίζω (k) εἰς τούναντιον οὐ προήρητο εἰπεῖν (l) περιτετράφθαι τὸν Παῦλον, τί ἐστι. Διαθήκη γὰρ ἐπὶ νεκροῖς βεβαία, ἐπεὶ μήποτε ἰσχύει ὅτε

(a) Τῆς quod vulgo omittitur, e cod. Bav. addendum esse censeo.

(b) Evang. Marc. xv, 33.

(c) Rosenmueller l. c., p. 244. Cf. Dupinius l. c., p. 6, col. 2, et Rich. Simon. l. c., p. 508, col. 1.

(d) Lib. 1, ep. 5. — εἰ τοίνυν καὶ βρώματα καὶ ἐσθλήματα τῆς κατὰ Θεὸν τελείας ἀσκήσεως ἐν Ἰωάννῃ τῷ Βαπτιστῇ ἐπαιδεύθημεν, θριξὶ μὲν, εἰ οἶόν τε, πρὸς σκέπην ἀρκεσθησόμεθα· ἀκρέμοσι δὲ βοτανῶν καὶ φυτῶν πρὸς λιτὴν τροφήν καὶ ἀπέριττον. Sic scribendum censui auctoritate cod. Alt. Vulgo: ἀκρέμοσι δὲ βοτανῶν καὶ φύλλων πρὸς ὀλίγην τροφήν καὶ δύναμιν — quæ etiam in cod. Bav. desunt — καὶ ἀπέριττον. — Cf. porro ejusdem libri epistola 132., in qua hanc suam sententiam plane et distincte de-

claravit Isidorus. — Cf. Comment. p. 11, App. 4, p. 86.

(e) Dupin. l. c., p. 8, col. 4. Pour preuve de sa pénétration et de son habileté dans l'interprétation de l'Écriture sainte, il suffit de remarquer qu'il donne dix explications à un passage de S. Paul.

(f) Lib. iv, ep. 129.

(g) Paul. 1 ep. ad Cor. vi, 18.

(h) Cf. p. 206.

(i) Lib. iv, ep. 113.

(j) Paul. ep. ad Hebr. ix, 17.

(k) Hanc Rittershusii conjecturam tutatur, teste Possino, cod. Vat. 650. Vulg. νομίζω.

(l) Sic cod. Vat. 650. — Vulg. προείρηται εἶπον.



ζῆ ὁ διαθέμενος· ἀντεπιστέλλω, ὅτι τὸ μήποτε μὴ τότε (a) ἐστὶ, μιᾶς κεφαλῆς ἐνὶ στοιχείῳ ὑπὸ τινῶν ἰσως ἀμαθῶν (b) προστεθείσης. Οὕτω γὰρ εἶρον καὶ ἐν παλαιοῖς ἀντιγράφοις. Οὐ γὰρ ἂν θείῳ πνεύματι κωσμηθεὶς καὶ Ἑρμῆς εἶναι νομισθεὶς (c) εἰς τούναντιον περιετράπη· ἐπειδὴ γὰρ μὴ τότε (d) ἰσχύει ὅτε ζῆ ὁ διαθέμενος, μετὰ θάνατον βεβαιούται. Εἰ δὲ μήποτε κέοιτο, οὐκ (e) εἰς τὸ, μὴ, τον τόνον ἀναπεμπτέον, ἀλλ' εἰς τὸ πότε (f), ἵνα μηδαμῶς νοσηθῆ (g). In quibus multa sunt vituperanda. Primum, cum in illo Pauli apostoli dicto μήποτε et ὅτε particulas sibi invicem respondere opinatus sit, repugnantiam et difficultates ibi invenit, ubi nullæ sunt. Μήποτε enim valere idem atque nunquam, cum centenis ostendi possit locis, ne uno quidem, quem ex Xenophontis Memorabilium libro primo attulit Wahlius, opus est. Deinde qui, ut Isidorus, scripturam μὴ τότε tutatur, eum μὴ particulam ab Apostolo falso loco positam concedere oportet. Scribendum erat enim : ἐπεὶ τότε οὐκ ἰσχύει ὅτε.. Denique quæ addit Pelusiotæ de scriptura μὴ πότε, ea inepta esse, satis est enuntiasse. — Magnis autem difficultatibus laborat, quam scripsit ille ad Orionem epistolam. In hac enim quo modo notissimum illud de hæreticis Pauli apostoli in prima ad Timotheum epistola dictum : κωλύοντων γαμεῖν, ἀπέχεσθαι βρωμάτων, explicandum sit, non videns, pro ἀπέχεσθαι aut ἀντέχεσθαι aut ἔχεσθαι scribi iussit. Quibus fuse expositis p̄ḡgit in hunc modum : Ὅτι (h) δὲ πολλάκις ἐν στοιχείῳ ἢ μεταστοιχειωθὲν, ἢ παραλειφθὲν, ἢ προστεθὲν τὸν νοῦν τῶν λεγομένων συνταράττει, ὅπλῶν ἐστὶν ἐκ τοῦ φερομένου ἐν ταῖς Πράξεσι τῶν ἐποστολῶν· εἰ δὲ πνεῦμα ἐλάλησεν αὐτῷ, ἢ ἀγγελος (i). Quibus verbis quo modo suam probare vo-

luerit sententiam, cum ipse, ad rem accuratius declarandam, nihil addiderit, intelligi non potest. Neque quæ sequuntur satis apta sunt. Pergit enim in hunc modum : καὶ τοῦ (j) ἐν τῇ πρὸς Ἑβραίους· εἰ μὲν οὖν τελείωσις διὰ τῆς Λευϊτικῆς ἱερωσύνης ἦν (k) εἰ μὲν οὖν ἐστὶν ἐπεὶ, καὶ συγκόπτεται τὸ νόημα, καὶ τούναντιον τῇ ἀποστολικῇ γνώμῃ κατασκευάζεται.— Jam ad alium locum transit his verbis : καὶ τὸ, γνήσιε σύζυγε (l), γνησία ἐστὶ τοῦ ἰῶτα στοιχείου ἢ προστεθέντος, ἢ συγγραφομένου μὲν, μὴ συνεχωφουμένου δέ. Hæc sunt, quæ attulit ille, ut sententiam probaret suam, ex Novo Testamento dicta. Sequuntur quædam ex Vetere Testamento repetita (m). Sed si plura hujus generis exempla referremus, timendum esset, ne lectorum abuteremur patientia. Quare, cum de critica Isidori arte satis dictum sit, restat ut allegoricam interpretandi rationem Isidoro præter modum placuisse, exemplis quibusdam comprobemus.

Ipse autem in litteris ad Valentinianum presbyterum (n) datis, suam de allegoriis sententiam, sic explicavit : *Videris mihi non probare eos, qui (Scripturæ sacræ) lectoribus allegorias commendant. Nam, ut dicis, cum se Scripturis sapientiores esse existiment, divina oracula in quascunque ipsis libuerit figuras transformant, auditoresque fallunt multis modis. Sed ego neque illos, si sapienter quid invenisse dicuntur, culpaverim, neque te nolentem ad allegorias tractandas coegerim.* Commendat igitur in his prudenti suo amico allegoricam interpretandi rationem sapienter adhibitam. Num vero ipse sapienter eam adhibuerit, dijudicent ipsi lectores ex epistolis 42, 192, 193, 206, 210 libri I.

(a) Sic cod. Vat. 650. — Vulg. ὅτι τὸ μήποτε τότε ἐστὶ.

(b) Sic cod. Vat. 650. — Vulg. ἀμαθῶς.

(c) Sic cod. Vat. 650. — Vulg. νομισθόμενος.

(d) Sic cod. Vat. 650. — Vulg. ἐπειδὴ μὴ πότε.

(e) οὐκ quod vulg. omittitur ex eodem codice addendum est.

(f) Sic cod. Vat. 650. — Vulg. τὸ μήποτε.

(g) Sic conjecimus. Vulg. ἵνα μηδαμῶς. — Cod. Vat. 650. ἵνα μηδαμῶς ἢ νοσηθῆ. Mendose.

(h) Sic conjecit Rittershusius. — Cod. Bav., in quo solo hæc videtur exstare epistola, ei exhibet.

(i) Act xxiii, 9.

(j) Sic Rittersh. conj. — Cod. Bav. τὸ.

(k) Ep. ad Hebr. vii, 11.

(l) Paul. ep. ad Phil. iv, 3.

(m) Conferantur Croii sacræ et historicæ in Novum Testamentum observationes. p. i. p. 125—127.

(n) Lib. iv, ep. 117. In cod. Vat. Οὐαλέντι hæc scripta est epistola. Incipit autem his verbis : Ἐοικας οὐκ ἀποδέχεσθαι τοὺς ἐπὶ τὰς θεωρίας τοὺς ἀναγινώσκοντας παρακαλοῦντας. Σοφωτέρους γὰρ, ὡς ἔφησ, τῶν Γραφῶν ἐαυτοὺς ἠγούμενοι, εἰς ἀπερ βούλονται μετακομίζοντες τὰ θεῖα Λόγια, πολλὰ σφάλουσι τοὺς ἀκούοντας. Ἐγὼ δ' οὐτ' ἐκείνους αἰτιασαίμην, εἰ σοφόν τι ἐξευρεῖν ἐπαγγέλλονται, οὐτὲ σὲ, μὴ βουλόμενον ἀλληγορεῖν, ἀναγκάσαιμι.

# PROLEGOMENA

PRÆFIXA EDITIONI PARISINÆ ANNI MDCXXXVIII.\*

## EPISTOLA NUNCUPATORIA

AMPLISSIMO VIRO

DOMINO D. PETRO SEQUIER MAGNO FRANCIE CANCELLARIO.

Ea semper virorum animis egregia indole præditorum insedit opinio, *vir amplissime*, ut nihil pulchrius, neque ad gloriam illustrius esse existimarent, quam si majorum suorum virtutes, eorumque præclara facinora suis imitarentur. In qua quidem sententia cum ego jam inde ab ineunte ætate fuerim, cumque maximos parentis mei labores atque eximiam melioris notæ auctoribus edendis navatam operam, quamque inde nominis famam et laudem ipse est consecutus, animo perpenderem, tanto studio, tantaque cupiditate ad similem virtutem similemque gloriam sum incitatus, ut quo jam pridem de republica litteraria bene merendi desiderio flagrarem, illud diutius in pectore meo inclusum continere non potuerim, sed totis viribus in id mihi incumbendum putarem, ut quacunque ratione possem, animum meum patefacerem. Cum autem in ea cogitatione totus versarer, atque in aliquo deligendo opere potissimum defixus essem, nihil eruditis viris gratius atque acceptius fore judicavi, quam si *Magnam Patrum et scriptorum ecclesiasticorum Bibliothecam* typis mandarem. Atqui eo libentius atque alacrius ad illud opus animum adjeci, quod futurum sperarem ut ipsum omnes quotquot sunt in toto orbe Christiano Ecclesiæ Patrum lectionis amantes summo opere complecterentur, cum præsertim ea quam meditabar editio omnium, quotquot unquam in lucem prodierunt, auctissima atque absolutissima futura esset. Siquidem Coloniensis editio, qua pro exemplari uti decrevi, licet ipsa plures auctores quam cæteræ contineat, nostra tamen erit inferior, quod in ea Græcorum auctorum non nativa et germana lingua, sed Latina duntaxat versio reperitur. Ego vero textum Græcum in dicta Coloniensi editione desideratum una cum interpretatione Latina conjungere in animo habeo, ut qui hujusce omnium elegantissimæ linguæ Græcæ, inquam, studio tenentur, sibi a nobis hac in parte magnopere consultum esse intelligant. Præterea multos auctores Græcos nunquam hactenus sua lingua in lucem editos ex multis bibliothecis maximo labore maximisque impensis conquisitos atque collectos in dictam Patrum Bibliothecam congressi, quo fiet ut viginti quinque volumina (si Deus nostris conatibusnaverit) ipsa sit complexura. Quantæ autem molis ac difficultatis res illa futura sit, quantumque laboris atque oneris in hoc opere elaborando et ad finem usque perducendo subiturus sim, quisquis rerum usu atque experientia vel mediocriter præditus est, facillime judicare potest. Quod cum ita sit, ne cæco quodam ac temerario animi impetu rem tanti momenti aggredi videar, sapientissimum ac prudentissimum aliquem ducem mihi deligendum esse putavi, cujus auspiciis ad faustum felicemque exitum nostrum opus pervenire possit. Nam si illi qui longinquam navigationem adornant, non prius se mari committunt, quam peritissimum aliquem gubernatorem habuerint, cujus prudentia salvi atque incolumes omnia maris pericula evitare possint: multo magis id mihi faciendum est, qui non viles aliquas ac terrenas merces, sed pretiosissimos cælestis doctrinæ thesauros ad portum vehere contendo. Quemnam autem præstantiorem tam periculosæ navigationis moderatorem quam te, qui litterarum decus es et ornamentum, mihi eligere conveniebat? Equidem quocunque oculos converto, quem tecum conferre possim, neminem video. Nam cum omnes virtutes in te suam sedem collocarint, tum vero præcipue justitia, cui administrandæ præfectus es, necnon et pietas, quam e sanctorum Patrum assidua lectione hausisti, ita in te elucent, ut nullus in toto Christiani nominis orbe locus sit, quo non illarum splendor pervaserit. Quam-

\* S. Isidori Pelusiote de interpretatione divinæ Scripturæ Epistolarum libri V, quorum tres priores ex interpretatione Jac. Billii Prunæi, quartus autem a Cunrado Rittershusio J.C. qui et notas uberiores et summas et indices prioribus libris adjecit, et quintus ab Andrea Schotto, societatis Jesu presbytero, nunc primum in Gallia prodeunt. Parisiis, sumptibus Ægidij Morelli, via Jacobæa ad insigne Fontis. MDCXXXVIII. Cum privilegio regis.

obrem si te hujus operis ducem atque auspiciem præbere volueris, non dubium est quin eum quem opto successum consecuturus sim. Quo autem tuam mihi benevolentiam magis demerear, hujusce laboris primitias tibi dedico atque offero, *Isidorum*, inquam, *Pelusiotam*, quem idcirco primum omnium in lucem prodire volui, quod eum auctorem præ cæteris maxime ab omnibus expeti cognoverim. Quod si hoc munus a te benigne exceptum animadvertero, alacriorem me ad reliquum opus persequendum reddideris. Te autem id esse facturum, ea quæ in te est humanitas, ut confidam, efficit. Vale.

*Tuæ Amplitudinis*

*humillimus servus,*

**ÆGIIDIUS MOREL.**

**Cl. viro JANO GRUTERO JC. et philologo præstantissimo histor. professori elect.,  
Cunradus RITTERSHUSIUS, S.**

Olympius quidem ille doctor, quem tuæ, Vir cl., litteræ nobis commendabant, ad nos nullus venit. Sed læticulum tamen recte curavit Norimberga per opt. et officiosissimum nostrum Bern. prætorium : quo resignato et excusso, libenter vidi specimen typographicum Isidori Pelusiotæ mei, quod misisti, non sine ostensione spei, fore, ut quod proximi catalogi minabantur, hoc demum autumnali mercatu scriptor ille Commelinianorum comitate in lucem reproducatur. Bonum factum, et feliciter, a multis bonis superdicetur, imo jam nunc superdicatur huic editioni. Me quidem bona spes habet, eam non fore fraudi his qui in illam sumptus fecerunt. Esi enim non est amplius in multis tantus animorum ardor ad cognoscenda comparandaque vetustatis eruditæ monumenta, Græca præsertim (sine quibus tamen solide doctus nemo facile unquam exstitit), quantus in nostris hominibus fuit avorum aut proavorum nostrorum ævo, cum litterarum et linguarum studia primum in Germania excitarentur et illustrari inciperent magnorum atque excellentium virorum qua voce, qua scriptis : tamen ne hoc quidem sæculum (ἐπευφημεῖν γὰρ χρὴ μᾶλλον) usque adeo est infelix aut effetum, quin etiam nunc habeat Græcorum scriptorum amatores maximos, quidquid vulgo de his videatur, qui vel ad lucrum, vel ad ambitiosam ostentationem sua refert omnia, quæque ad horum alterutrum conducunt parum, in illis studii ponit nihil. Verumenimvero tales qui sunt, quando illi nos cum talibus studiis parum curant aut morantur, nos quoque ipsos parum morabimur, ἀλλ' ἡμεῖς αὐτοῖς οὐ διαμειψόμεθα τῆς ἀρετῆς τὸν πλοῦτον, ut Solon cecinit : ac potius tum ad honestatem dignitatemque istarum litterarum, tum ad majorum exempla, et primum illum, quem dixi, ardorem animorum, quo ipsi erga eas flagrarunt, utroque oculo respiciemus. Recens jam sum a lectione epistolarum Joannis Reuchlini, quas in bibliotheca Bilibaldi Pirckeymeri per hasce serias Norimbergæ apud patricium virum Joannem Im. Hofium, illius pronepotem, inveni complures. Narrabo tibi, mi Grutere, vel potius adolescentibus, si qui hæc tuo beneficio præterea forte lecturi sunt, ut exemplum inde capiant, quid in earum una atque altera repertum sit mihi. Scribit Reuchlinus Angloli (sic vocat Ingolstadtium, quo Stigardia ob motus Suevicos a summis honoribus aulicis sponte exsulatum juverat) anno m̄dxx ad Bilibaldum illum, quem dixi, principem virum et in litterarum reconditarum scientia, omninoque multorum opinione majorem, de sua linguarum professione, quam in illa celeberrima acad. ducis Bavaricæ Gulielmi auspiciis et honesto stipendio publico instituerat geminam, quæ frequens habeat auditorium. Sed juvat hoc ipsiusmet verbis cognoscere, quæ proinde ex autographo fidei causa subjiciam, quatenus huc pertinent. Quando, inquit, me nunc isto anno elementarium effecit δέσποινα τύχη, quotidie de throno doctorum, frequenti auditorio, publice prælegendus est a me in lingua Hebraica mane Rabi Mose Kimhi, et vesperti in lingua Græca Plutus Aristophanis discipulis trecentis et multo, inquam, plus. Quod felix, faustum fortunatumque fuit. Tu, vale feliciter, et me principem Siciliæ Dionysium Corinthi puerilia docentem spectato. Hæc ille, biennio ante beatum vitæ ærumnosæ simul et gloriosæ exitum, ætate vir gravis, in rebus arduis spectatæ fidei, auctoritateque præstans, ad amicum, quo majorem tunc Norimbergæ non habebat, cui omnia sua minima maxima concrederebat, quoque plurimum utebatur, de auditorio suo, et quidem calamo minime, sicut credimus, vano et glorioso, prædicabat. Quis vero hac tempestate, non dicam in ulla Germaniæ acad. sed totius Europæ vel celeberrimo Gymnasio, ipse licet Reuchlino, cui summa omnia tribuimus, ut parenti opt. studiorum, doctrina nihilo inferior, tanto auditorum cœtu, imo vel decima ejus parte circumfluit, maxime qui sit in talium explicatione auctorem et Græcæ litteraturæ traditione occupatus ? O mirandam, ne dicam miserandam, temporum, animorum et studiorum commutationem ! Cujus causas alibi investigare licebit opportunius ac liberius. Nunc autem segnitiam atque socordiam nostram tantum deplorare liceat, si vel hac ratione in juventute nostra, atque in litteris ad spem aliquam

**PATROL. GR. LXXVIII.**

reipub. et Ecclesiæ educatar, aliquos pristini ardoris igniculos resuscitare, sive ut Græcorum elegantia-aimo utar verbo, ἀναζωοποιεῖ possimus. De meo erga istas litteras, quibus humanitas omnis continetur, amore perpetuo dicam parcius. Multum volui; parum potui ad illarum propagationem conferre. Partim enim ingenii et valetudinis mediocritas, vel potius utriusque tenuitas, conatibus honestis obstitit, partim occasiones defuerunt, partim denique alia studia, ab illis non parum remota atque aversa me velut abstraxerunt. Et vel sic tamen non pœnitet prorsus, quantum hic operæ posui, si non et operæ pretium aliquid feci. Isidorus Pelusiotus quidem quid quantumve nobis debeat, ipse potius loquatur. Et loquetur sane hoc ipsum disertè, si hæc nostra editio cum Parisina clarissimi Billii conferatur. Dicit enim, se mea primum benignitate plus quam ducentis viginti epistolis prodire auctiorem; dicit, plurimis priorum etiam librorum locis factum emendatiorem atque integriorem; dicit, interpretatione Latina et notis quoque ac perochis redditum planiorem ad intelligendum; dicit, indicibus nostris usui factum aptiorem et habiliorem. Ac ne quis per nos sua laude et gloria defraudetur, nec illi hic reticendi sunt, quorum beneficio manuscriptus ille codex bibliothecæ princip. Bavar. nostris usibus impetratus est. Id tu quidem, Grutere clarissime, jam nosti, norunt etiam complures amici alii. Sed quando hæc epistola, quæ et amicitia nostræ et grati erga εὐεργέται animi mei testis esse debet, a pluribus, quemadmodum spero, legetur una cum ipso Isidoro; sciant illi quoque, qui antea nesciebant, quod eos scire interest meæ fidei et εὐγνωμοσύνης, deberi istius beneficii gratiam viris magnificis atque amplissimis, Marco Velsero, reip. August. II, viro, et Joanni Georgio Hervuato ab Hohenburg, cancellario Bavarico, qui et per litteras et per interpretem ac proxemetam opt. ac gratiosiss. Davidem Hoeschelium nostrum a me rogati usum pulcherrimi illius codicis, quem Monaci exstare inaudiveram, non difficiles sese mihi præbuerunt, quin eum mihi ab sereniss. et celsiss. Bavar. princip. impetrent, μεγάλη χάρις αὐτοῖς, ut Theocriti verba hic faciam mea. Idem dictum volo et prothymia clariss. et nobiliss. viri Marq. Freheri: qui cum intellexisset, a me alterum etiam desiderari exemplar editionis Parisinæ, quod variantibus lectionibus a me conscribillatum novæ impressioni subservire juberem, ultro id, qua est vir eximia benignitate, prolixèque mihi obtulit atque concessit usibus meis. Sunt etiam qui signum nobis postea subtulerunt ad bene sperandum de novis auxiliis ex Vaticanæ bibliotheca subministrandis. Ibi enim plurimas etiam ἀνεκδότους nostri auctoris epistolas latere perhibent ἀτόπται, nec vanam faciunt fidem. Jam enim quarundam vidimus initia, quæ inde And. Schottus, vir doctiss., de antiquitate omni et de rectis studiis opt. mer. (notissima tibi prædico) excerpserat. Illi quoque, ubi promissa impleverint, uti speramus propediem facturos, et vero cum fidei suæ tum boni publici causa facere debent, debita laude gratiaque minime fraudabuntur. Neque ipsos hæc editio, quam Commeliniani sine magno suo incommodo, ut scis, diutius differre non potuerunt, retardare, sed potius invitare debet, ut quæ ultro perbenigne sunt polliciti, non tam nobis quam reipub. Christianæ repræsentent. Accipies cum his litteris et operis universi titulum, et aliquot encomiastica partim carmina, partim epistolia clarorum virorum, quæ suum in locum ab operis typographicis referri jubebis.

Cætera quæ ad Isidorum idoneo cohonestandum procœmio pertinent, vobis curæ erunt. Meministi namque omne pontificium προσφωνήσεως Commelinianis a me transcriptum esse. Errata colligere et corrigere in foliis transmissis, quanquam statim aliqua agnovi, non libebat, cum præsertim non omnia ad manum haberem. Itaque ἀναγνώστης et ἐπανορθωτής ista viderint quo pacto emendentur, et more solemnè ad calcem operis rejiciantur. Nec plura, nunc quidem, de Isidoro nostro. Tantum bonis avibus prodeat, et bono publico pariter ac Bonutiis privatim prosit plurimum. Exspectas procul dubio dum scribam tandem etiam de suppetiis, quas ad vetera numismata vestra, quibus ingens illud et immortale opus *Antiquarum inscriptionum* locupletare cogitas, aliquando me tibi Norimbergæ procuraturum promisi. Qua de re sic habeto serio, exstare sibi apud illum quem supra laudavi patricium virum thesaurum minime vulgarem numismatum veterum omnis generis Hebræorum, Græcorum, Latinorum, consulum, censorum, triumvirorum, imperatorum, Cæsarium; denique aureorum, argenteorum, æneorum. Cumque superioribus feriis nostris ad finem vergentibus Norimbergam me contulisset, et ultro aliquot diebus (decem, nisi fallor) me quasi captivum in illam instructissimam bibliothecam benigniss. heri ejus permissu inclusissem, post hanc perlustratam, illa etiam pleraque omnia in manus sumpsi et inspexi; periculum quoque feci in describendis numismatum singulorum epigraphis, ad eum fere modum, quem cl. V. Adolphus Occo Med. Aug. amicus noster in suo illo celebratiss. opere servavit. Deprehendi autem laborem hunc, si quis totum, ut par est, absolvere velit, non paucorum dierum, sed aliquot mensium fore. Nec inutile fuerit, meo judicio, aliquem pingendi artificem adhibere, qui numismata singula (quæ quidem nondum ab aliis excusa sunt) ad vivum, quantaquanta sunt, delinearet atque exprimeret. Quam quidem ad rem et sumptus non parvus, et tempus non exiguum, et totus, ut sic dicam, homo requireretur. Mihi vero nec consultum videbatur; sine mandato vestro in id sumptum facere, et ad familiam atque operas academicas revertendum erat. Si quid tamen in posterum vel apud illum hospitem meum Imhofium, vel apud Bened. Ammannum, aliosve (sunt enim plures in locupletissima civitate talium χειμηλίων possessores, quamvis alius alio pecuniosior), tuo instituto subservire potero etiam absens, non parcam operæ meæ; nec suam, opinor, dene-

gabit prætorius noster, quem virum et tui cum primis studiosum atque amantem, et alioquin omnis officii fideique plenum cognovi. Vale, et saluta verbis meis Bonutium et Commelinianos, amicosque cæteros.

Altorfi in acad. Norimbergensi, mense Augusto anni mdcv.

Illustrissimo, elementissimoque duci ac domino, FRIDERICO Juniori, comiti Palatino ad Rhenum, bono reipubl. nato, juventutis principi unico.

*Opportune Isidoro ultimam imponunt manum typographi, quo post biennii recessum, e finibus Galliæ ætatos redis, desideratissime principum. Nempe cum omnis ætas, omnis ordo in publicum effusus, adventum tuum, tanquam clari ac salutaris sideris, bene ominatis gratulationibus atque declamationibus excipiat, jure et nos quoque submittimus animi nostri lætitiæque indicem, Pelusiotam hunc episcopum; qui jam nunc primum parte sui quarta integrior, tantum non vocaliter, et florentissimum juventutis principem faustis prosequatur omnibus, et Græca præterea vernilitate, desuper in lepidum caput ejus ac sinum invergat uberem coronamentorum copiam. Nimirum viso cæteros (occasione verni auspicii) inter alia devotæ mentis munera, aggerere etiam ephemeras florum delicias, merito arbitratur gratos tibi item acceptosque fore colores odoresque depromptos e sacræ sapientiæ hortis, præsertim cum ejus sint genii, ut non modo non obsolescant, non marcescant, aut usu aut tempore, sed inde potissimum sumant coloris odorisque fragrantioris augmentum; ejusque præterea ingenii, ut non simpliciter tantum blandiantur oculis, lenocinentur naribus, verum et ipsi animo et ipsi pectori salutarem vim communicent, quo citius quis ac tutius grassetur, per virtutis atque honoris templa, ad æternitatem: quæ ipsa, quoniam nulli non ætati perpetuo esse debet ante oculos; fecerit, spero, senex iste noster pretium suæ operæ: tanto quidem magis, quod et is insuper se totum tibi voveat dedicetque, unius tui contubernio adhærescere deinceps cupidissimus. Idque eo facit confidentius, quod memineras ante paucas annorum hebdomadas, haud frustra commendatum fuisse patrociniæ magni illius propatruï tui Joannis Casimiri, principis memoriæ nunquam interituræ, præceptorem suum D. Chrysostomum. Quippe, si non indecenter patrem sequitur sua proles, decore etiam allubescit familiæ ei discipulus, in qua et splendorem invenit et tutelam magister suus. Quem ut et ipse alicujus habeas momenti, princeps illustrissime, scias procul abesse a contagio et sui olim sæculi, et istius nostri; talem scilicet qui dicta sua omnia factis cohonestet, neque aliter vivat quam loquatur; qui aversatus inutiles omnes super religione quæstiunculas, ad solam aurigetur pietatem ac virtutem; qui sacrarum Litterarum loca obscuriora infinita, sobria bonæ mentis et rationis luce uberrime perfundat; quiq; ideo longissime dissideat ab eis, qui necio quibus contentionum strophis delecti, neque contenti ludere de suo corio, ita reges et principes inter se committunt, nationes et respublicas pervertunt, ut de uno populo mox duo aut adeo plura fiant corpora, et ab externis in æternum Christiani nominis hostem bellis, in sua viscera armentur, furentiumque exemplo manus et membra sua ipsi cædant: in summa, qui nihil commune geras cum istis, qui sic a se segregatum habent candorem, fidem, modestiam, ut si e toto orbe diligenda venirent monstra hominum conflata e contentione, pervicacia, maledicentia, suspitione, avaritia, livore, superbia, lasciviu, ex horum potissimum ordine essent promenda ac producenda. O ævum! O mores! Si enim huic nostro fides, tantum inter sacerdotem et quemlibet probum virum interesset debet, quantum inter cælum et terram discriminis est, plura possemus pro isto; sed ex supervacuo, illustrissime princeps, adeo statim optimum senem utraque invasisti manu, ac serio polliceris, ubi ætate fueris adultior, habiturum in amicorum cohorte prima primum, nihilque non de ejus sententia facturum publice privatimque. Macte hac indole, hoc proposito, maximæ expectationis princeps, certus id ipsum accessurum non solum incredibili familiæ Palatinæ incremento, et summo Opt. Max. parentum gaudio, sed et incomparabili reipublicæ Christianæ bono, tuoque honori ac gloriæ sempiternæ. Quæ ut brevi consequaris, supremum Numen supplices veneramur, clementiæ suæ alis te verpetuo, ceu Germaniæ totius delictum et amores porro obumbrare dignetur.*

*Neostadii xxii Februarii, veris ipsius die auspicali.*

*Illustriss. Vestræ Clementiæ addictiss.*

COMMELINIANI et BONUTIANI.

Reverendissimis Patribus P. Andreæ SCHOTTO, et P. Heriberto ROSWEIDO, societatis Jesu presbyteris in collegio Antwerpiano, S. P. D.

Redit ad te, Pater Schotte, Isidorus tuus post bene longam captivitatem, in qua eum carcer Jani Grueteri, veluti mancipium quoddam, cum aliis id genus liberalis notæ monumentis, præter votum tuum hac-

tenuis detinuerat. Verum Suffridus Sixtinus Ambstelrodamensis, qui optimam Gruteranæ bibliothecæ partem in usum ac possessionem suam redegit, non est passus tam sanctum, tam pium, tam sapientem, tam disertum scriptorem diutius in isthoc tenebroso carcere delitescere; sed inde extractum liberali manu asseruit, haudque gravatim consensit, ut in dias luminis oras, tuo vestitus ac splendens ornatu, a Fitzeto nostro produceretur, et hoc pacto in libertatem suam restitutum ire juberet quo vellet. Qua in re et tibi ut gratificaretur satagit, et simul, ne tam præclara opera auctori suo deperiret, præcavere voluit. Sane ut bono Christianæ reipublicæ, cui juvando promovendoque, in exulceratis hominum quorundam judiciis persanandis et feris moribus mitigandis, unice facere hic scriptor et potest et debet, vel hac in parte consultum ivit. Neque ego interim officio meo defui, veritus ne aut manuscriptum in æmulatorum manus invidas deveniret, aut res rursus procrastinata novum in periculum ex transverso incideret. Non sum ignarus, sed domi doctus meo exemplo didici, quantæ molis sit talem partum progignere, quantave dividiã mentem premat et conficiat ob deperditas forte aut mutilatas vigiliarum nostrarum lucubrationes. Nec dubito quin plura id genus monumenta penes te exstent, vel abs te ipso affecta et profecta, vel ab amicis tuæ fidei commendata, quæ cupias cum industriis et assiduis bibliopolis communicare. Ad eam rem si tibi opera mea utilis et proficua esse poterit, mandabis, quid fieri velis, et factum putato.

Ad te quoque, Pater Rosweyde, non minus curatio hujus sanctissimi Patris Isidori spectare debet, ut quem Pater Schottus eleganti festivoque schemate tam liberaliter honestavit, ei tu vitam ipsam redonare non neglecturus sis in illis de *Sanctorum historiis* commentariorum libris. Ita spes nos bona fovet, quam de te omnes eruditi et bonarum litterarum studiosi conceperunt. Neque nos falli aut spe nostra jam diurnante frustrari patieris, si ingenuum ingenium tuum recte novimus, et perseverantem animi voluntatem, quam sapientes constantiam in promissis appellat, rite perspeximus.

Cum ergo utrumque vestrum Pelusiotæ vester, imo ex parte et noster, tangat, recte atque ordine mihi facturus videbar, si eum ad utrumque pariter destinarem, qui aurem vobis velleret, ut conjunctis opibus atque industriis integram aliquando et omnibus numeris absolutam Isidori operum editionem adornaretis et procuraretis. Dignissimus sanè scriptor, in quo operam hanc cunctam collocaretis, vel egregio reipublicæ, in qua et sub qua vitam communem degunt religiosi cum profanis, catholici cum schismaticis, boni cum malis. Neque enim sanctissimo huic Patri Isidoro, vel magistro ejus B. Chrysostomo, aut cæteris ejus ævi sanctis et catholicis Patribus, Basilio Magno, Gregorio Nazianzeno, Cæsario, etc., mos ille quo nunc vulgo vivitur cognitus erat, at homines æque, ac ipsa vitia, odissemus et vitaremus. Contra ea sancti illi Patres vitia hominum fugere ac detestari nos jubebant. non homines ipsos Dei imaginem gerentes, quos Dominus noster Jesus Christus proximos nostros esse docuit, et diligere præcepit. Sed hæc est sæculi nostri haud scio infelicitas, dicam, an fatalitas, an potius immanitas, quam tantopere quondam illustrissimi cardinales Bembus et Sadoletus deplorabant. Dicite mihi, sed vestra fide, si istam morum rigiditatem in expurgandis dissentientium nominibus non modo ex diptychis Ecclesiæ, verum ex ipso etiam albo τῆς Ἐκκλησίας καὶ ὁμιλίας indifferentemur admittimus, nunquam vel sanctissimorum Patrum exsortem ab hac invidia præstabimus? Non certe vos istum ipsum Isidorum vestrum, non ejus magistrum B. Joannem Chrysostomum, non Magnum Basilium, non Thaumaturgum Nazianzenum, non Theologum Nyssenum, non Ephræm Theodidactum, non Synesium, non Epiphanium, Theodoretum, non ullum ejus ætatis tractatorem sanctum ab injuriæ hujus nexu defendere mihi unquam poteritis, aut in tuto collocare. Viri cordati beatos vos esse prædicant, quibus datum atque concessum sit e tam rigido eorum, quos dixi, instituto seorsim sentire. Sic enim alienam religionem, et humanos mortalium læsus odio habetis, ut tamen dotes ingeniorum humanorum, easque artes, quas eis præbuit Phœbus Apollo, ut Homericis verbis exprimam, æstimare et admirari didiceritis. Macte hac virtute, o venerandi seniores, qua in orbe Christiano nomina vestra præclivent ac celebrantur. Vobis ipsi etiam adversarii hanc justissimam laudem veris calculis assignant, quod plus moderatione vestra apud dissentientes proficiatis, quam illi, quos minus dudum memoravi, cum omnibus suis armatis copiis ad rigoris cotem sanciat, quibus sæpeferi affirmant, ut magis destruant, quam ædificent, cadant, quam vincant. Valet, et comitatem meam, quam Isidoro vestro servando, et vobis in hoc schemate representando libenter impendi, boni consulite; majora a me præstolaturi, si vobis studium atque officium meum in rebus vestris litterariis juvandis, et pro ea, qua valere atque posse existimor, auctoritate promovendis, placere intellexero.

Scribendam Francofordiæ a d. xvi Kal. Martiar. A. C. N. ∞ 13CXIX.

TYPOGRAPHUS ANTIQUÆ EDITIONIS LIBRI V  
LECTORI S.

*Duos quoque Isidoros locis temporibusque dissitos, patria quoque diversos, sed sanctimonia socios junctum*

prope nostra memoria edendos curarunt nostri ordinis typographi, Lutetiæ Parisiorum, et coloniæ Ubiorum, Isidori Hispalensium antistitis Originum sive Etymologiarum libros XX, et Sententiarum libros IV. Omniaque adeo pie ab illo in S. Scripturam exarata. Græci vero hominis S. Isidori Pelusiotæ seu Alexandrini presbyteri, disertissimi Attico etiam sermone, ut B. Chrysostomi auditoris, Epistolas amplius ter mille; quibus et ipse magnam partem sacrarum Litterarum loca, veluti per epistolam quærita, explanat, evulgarunt. Post Romæ in Vaticanâ bibliotheca observatum oculis ab And. Schotto S. J. plures adhuc ἀνεκδότους delitescere quas postea ære descriptas, sacras piæque, ut mores ævi sui quæ adhortando, quæ castigando verbis reformantes epistolas. in patria Antuerpiæ typis Nutianis excudendas curavit, prope sexcentas, triginta demptis. Et quidem post ingentem numerum a Jac. Billio abbate jam occupatum e codice, opinor, Gul. card. Sirletii, ut mox e Bavarico exemplari trecentas triginta adjunxit Latineque reddidit, scholiisque illustravit Conr. Rittershusius, jureconsultus egregius. Græcæ quidem duntaxat hæ sexcentæ lucem primum aspexerunt, cum spe bona Schotti fore, ut exsisteret aliquis, qui Latine interpretando præverteret, illoque fasce levaret, ut vel his gratificari voluisse videretur, qui sua quemque scriptorem loquentem lingua cum legere tum intelligere satagunt; sed sæculi infelicitate, ne dicam socordia, nimis rari eodem lucubrando aspirant; plerisque amœniora duntaxat, ut poetica studia, vel ad quæstum pertinentia magis quam ad nominis immortalitatem, conectantibus. Verumenimvero, quod Juliano Cæsari B. Basilius M., teste Nicephoro, respondit, verum est illud: Τὸ ἀναγινώσκειν καὶ μὴ γινώσκειν, καταγινώσκειν ἐστὶ. Lucem itaque epistolis hisce interpres attulit, locisque obscuris σχόλια adhibuit, diversa ab iis quæ in Græco exemplari jam leguntur, et argumenta nova. Utere, Lector, nisi si quid utilius afferre vales. Vale.

## ELOGIA VETERUM DE S. ISIDORO PELUSIOTA.

### EX SUIDA.

Ἰσίδωρος πρεσβύτερος, ὁ Πηλουσιώτης, ἀνὴρ ἑλληγομύτατος φιλόσοφος τε καὶ ῥήτωρ ἐπιστολὰς ἐρμηνευούσας θεῖαν Γραφήν, γ. γέγραφε. καὶ ἄλλα τινά. Id est, Isidorus presbyter Pelusiota, vir eloquentissimus, philosophus atque rhetor epistolas ter mille divinam Scripturam interpretantes scripsit, et alia quædam: ut *Adversus Gentes*, cujus ipse operis meminit lib. II, epist. 137 et epist. 228; ut *Contra fatum*, lib. III, epist. 253; *Ad vel Adversus Cyrillum*, de quo Evagrius lib. I, c. 15, *Eccles. hist.*, et Niceph. lib. XV, c. 53. Quæ vero idem Suidas in Ἀφέλεια, et in Μήτροι affert, item bene longa narratione Σεραπίων, et nostro Isidoro per errorem attribui video, Platonicæ potius philosophi Isidori esse existimo, nisi quid judicans fallor, cujus Isidori vitam Damascius scripsit, ut in Photii *Bibliotheca* legas, cod. CCXII. Nostri vero Isidori meminit idem Suidas, Ἰωάννης Ἀντιοχεύς ὁ ἐπικληθεὶς Χρυσόστομος. Estque illa Epistola S. Isidori, quæ in his nostris est 168, ad Timotheum quemdam. De patria quoque controversum, *Pelusiota* enim cognomento a patria, *Alexandrinum* tamen facere videtur Ephrem apud Photium nostrum *Bibliothecæ* volum. CCXXXVIII, ut vel origine alteram, alteram ab educatione distinguamus, cum M. Cicerone, *De legib.* Presbyterum vocat Suidas, non episcopum, etsi vox illa pro hoc commutari soleat interdum. Itaque in catena Græcorum Patrum in Joannem, in edita, hoc signo [ρ] designatur, ut in extrema Catena ad illa Joannis verba: *Nec ipsum arbitror mundum capere posse, qui scribendi sunt libros*: Isidori nostri laudat epist. 259 Kb. I, et lib. II epist. 99. Nunc aliorum elogia videamus.

### EX EVAGRIO (lib. I, cap. 15).

Theodosio imperatore regnante, magno etiam in honore fuit Isidorus Pelusiota, cujus gloria ob illius tum facta, tum dicta longe lateque pervagata est, omniumque sermone celebrata. Iste carnem sic maceravit laboribus, sicque animam arcanis et divinis doctrinis saginavit, ut vitam angelicam in terris traderet, et vivam expressamque effligem vitæ monasticæ et divinæ contemplationis omnibus perpetuo inveniendam proponeret. Scripsit quidem cum alia multa opera perquam utilia, tum unum ad Cyrillum: ex quo perspicuum est eum eisdem cum admirabili illo Cyrillo vixisse temporibus. *Ad Cyrillum*, an *Adversus Cyrillum*, ut e Nicephori mox verbis colligas, et ex Stephano Gobaro apud Photium cod. CCXXXII, lib. XIV, cap. 53.

### EX NICEPHORO CALLISTO (lib. XIV, cap. 53).

Non virtute tantum egregii tum florere viri, sed et doctrina factis ipsis consona Isidorus enituit. Utraque enim philosophia si occurrat, celerius mentem in sublime tollit, et bono ei, quod desiderio votoque omni expetimus, unit atque conjungit. Nam veluti duabus alis, cui utraque illa contingit, utitur, atque in cœlum evolans quam celerime progressu pleno pervenit. Quales viros ea tempestas protulit, virtute et doctrina magnam gloriam consecutos. Talis Isidorus ille fuit, qui in Pelusio monte monachis præfuit: Nilus et Marcus præclari ascetæ, et sapiens item Cyri Ecclesiæ antistes Theodorius, quorum magna in poetica laus est. Præceptore II in utraque philosophia magno usi sunt Chrysostomo. Igitur divus Isidorus jam inde ab adolescentia ita in monasticis laboribus desudavit, et ita carnem, animam arcanis sublimioribusque doctrinis fovens, maceravit, ut evangelicam prorsus degeret vitam, et viva animataque monastici instituti divinæ contemplationis columna, et velut primarium quoddam exemplum flagrantis æmulationis doctrinæque spiritualis esset. Multa ab eo scripta sunt, variæ utilitatis plena, potissimum autem

epistolarum omnis generis divina simul et humana gratia referatarum prope chiliades decem, in quibus Scripturam omnem clarius exponit, et omnes omnium mores instituit: quippe qui dicendi genere ad docendum accommodato in eis utitur. Satis quoque ille declarat, quo ardore erga honestatem, erga Ecclesiam, et eos qui temere injuria afficerentur, flagravit. Multum præterea in lucubrationibus suis invehitur in eos, qui non recte episcopali, sacerdotalique munere fungerentur. Et quod aperte Chrysostomum defenderet, vehementer Arcadium et Cyrillum atque hujus patronum Theophilum perstringit, eorumque sinistras adversus virum eum susceptas molitiones taxat. Quæ eodem illum cum eis tempore vixisse testantur. Cyrillum sane quidem ut hominem turbulentum refellens, hæc quoque scribit: *Favoris quidem affectio acutum non videt, hostilis vero animi odium nihil prorsus cernit, etc.*

#### EX XISTO SENENSI (lib. iv *Bibliothecæ sanctæ*).

Isidorus Pelusiota, monachorum Pelusiaci montis in Ægypto abbas, D. Joannis Chrysostomi discipulus, angelicam in carne vitam degens, multa scripsit varæ utilitatis plena, potissimum autem epistolarum omnis generis divina simul et humana gratia referatarum prope chiliades decem, sive decem millia, in quibus omnes divinas utriusque Testamenti Scripturas exposuit, et omnium mores instituit, usus in eis docendi genere maxime ad docendum accommodato. Vidimus in bibliotheca Marciana Venetiis volumen manuscriptum complectens hujus sancti viri 1148 epistolas: quarum prima sic incipit: *Ἐπειδὴ κυκλικόν ἐστὶ γρόνον*. Claruit sub Theodosio Juniore anno Domini 440.

#### JOANNES CHATARDUS.

Mihi operæ pretium visum est ex superioribus paucula ista annotare. Refert quidem Suidas hunc nostrum Isidorum præter illam magnam epistolarum multitudinem alia etiam quædam scripsisse; sed quæ sint illa, non commemorat. Inter ea collocandus est liber ille, quem ad Gentiles scripsit, cujus ipse in his epistolis aliquoties meminit. Qui adhuc in tenebris lateat, aut luce fruatur, non mihi constat. Quædam etiam ejus poetica desiderari videntur, si vera essent, quæ supra ex Nicephoro Callisto juxta vulgatam versionem citavimus: nempe, Isidori Pelusiotæ, Nili et Marci eremitæ, ac denique Theodoriti Cyrenensis antistitis magnam in poetica esse laudem. Verum hæc Nicephoro minime sunt ascribenda: sed errori potius interpretis ejus, Langi, ob homonymiam dictionis Græcæ non bene animadversam, ut libro primo Sacrarum suarum Observationum doctissimus noster Billius indicat et admonet. Nam libro primo cap. 38, ubi quædam observat in Evagrii Historiam, sic ait, cap. 15. In initio hæc verba, *κατὰ ποιήσιν*, ab interprete ommissa, idem valent quod *ποιητικῶς εἰπεῖν*, id est, ut poetæ verbis utar. Hæc enim dicit ob hæc verba *κλέος εὐρύ*, quæ præcedunt, et quibus utitur Homerus *Odys.* lib. pen. Quod cum ne Langus quidem apud Nicephorum lib. xiv, cap. 53, animadverterit, Isidorum Pelusiotam, Nilum et Marcum eremitam, ac denique Theodoritum Cyrenensem antistitem egregios poetas facit, cum tamen nullum omnino ex his poetica laude floruisse litteris ullis proditum sit. Ex quo perspicere licet, quantum interdum erroris unius voculæ homonymia non animadversa pariat. Quod vero Xistus Senensis narrat se Venetiis in Marciana bibliotheca vidisse volumen manuscriptum complectens hujus sancti viri 1184 epistolas, quarum prima sic incipit: *Ἐπειδὴ κυκλικόν ἐστὶ τοῦ γρόνον*, etc., cum in his mille ducentis, quas eruditissimus Billius traduxit, nulla sic incipiat, hinc satis liquet, et hanc et reliquas (ut verisimile est) sequentes ibi adhuc conclusas teneri, et Endymionis somnum dormire, vel potius sepultas jacere, Billio aliquo admodum egentes, qui eas vindicet, et expergefaciat, vel etiam mortuas excitet. Cæterum legitimus passim varios fuisse Isidoros: alios quidem martyres, alios confessores, alios episcopos, alios abbates et monachos. Hic noster inter sanctos abbates reponitur. Usuardus Martyrologus quinque ejusdem nominis in Album sanctorum retulit, inter quos hujus nostri Pelusiotæ meminit, ejusque festum quarta die Februarii celebrari tradit.

#### EX MATYROLOGIO ROM.

Martyrologium Romanum et Menologium Græcorum die 4 Februarii, et Usuardus sanctorum Catalogo ascripsit Isidorum Pelusiotam. Ubi card. Baronius, in Annotationib., et tomo V Annalium ecclesiastic., ad annum Christi 431 legendus.

#### ROB. CARD. BELLARMINUS.

(*Lib. De script. ecclesiasticis ad annum Christi 431, legendus.*)

Isidorus Pelusiota monachus doctissimus floruit tempore Theodosii Junioris, ad quem ejus exstat epistola apud card. Baronium tom. V Annalium ecclesiastic. ad annum Dom. 431, et lib. 1, epist. 35 et 301 de synodo Ephesina. Scripsit plurimas epistolas, quas Græce et Latine impressas habes Parisiis Latinas factas mille ducentas tredecim opera Jac. Billii abbatis Sancti Michaelis in Eremito, an. 1585. Addidit Conr. Rittersh. Jureconsultus trecentas triginta e Bavarico exemplari, ut ille ex cod. Sireti vel Bessarionis cardinalium. E Vaticano demum codice DLXX, epistolas Andr. Schottus Societatis presbyter adjecit. Exstant itaque plures quam Suidas numerat epistolæ centum tredecim: in universum 3113. Sed myriadem scripsisse epistolarum sanctum Isidorum asserit Sixtus Senensis in sacra Bibliotheca, Nicephorum credo lib. xv Ecclesiastic. histor. secutus; sed calculi errore numerorum, ut fieri amat, notis, Γ pro E natus esse videatur.

#### ANT. POSSEVINUS (in *Apparatu sacro*).

De epistolis sancti Isidori Pelusiotæ, cum eæ sententiis ac brevibus adhortationibus aculeum lectori perutilem infingant, suaserim probis et eruditis gymnasiarchis, ne tantam sinerent elabi occasionem, quæ eas discipulis interdum partim prælegerent, partim seligerent e libris quinque utilissimas ac similes conjungerent vel Latine. Sic adolescentum mores dictionemque ac pietatem instillantur juventuti sibi commissæ, ut beati Hieronymi piæ quasque epistolas selegit P. Petrus Canisius; alii, aliorum.

#### ANDREAS SCHOTTUS (*Observo. divin.*).

*Pelusium oppidum Ægypti. Ostium Pelusiacum in septem Nili ostiis. Isidori Pelusiotæ patria sive Alexandria. Lentæ et cepa abundavit. Pelusiotæ duplex apud Hieronymum significatio.*

In Isidori Pelusiotæ gratiam, quia ejus Epistolas prope sexcentas post Billium ac Rittershusium e Vati-



cana nuper produximus de Pelusio breviter disseram : urbs enim Pelusium juxtaque Pelusiacum ostium de septem Nili ostiis Pomponio Melæ lib. 1 De situ orbis cap. 9 extremo, et Straboni lib. xvii Geograph. Hic lentis copia et ceparum fuit cum superstitione, ut fere Ægyptiaca omnia. P. Maro lib. 1 *Georg.* v. 228.

*Nec Pelusiacæ curam aspernabere lentis.*

Ubi Servius Honoratus Pelusium ait unam esse de septem ostiis Nili fluvii, ubi lens primum inventa, vel saltem optima nascatur. Verum oppidum est potius, et hisce leguminibus Ægyptii ibi negotiabantur, teste B. Hieronymo; portus vero Pelusiacus dictus, et incolæ Pelusiotæ. Paludibus autem clausum fuit Pelusium, et viarum angustiis, ut auctor est Strabo. Captum autem ab Augusto Cæsare bello Actiaco, et Ægyptum inde occupavit, parta ad Actium promontorium victoria, teste Dione Cassio lib. 11 Hist. Rom. et Plutarcho in Antonio, Propertius lib. III eleg. 5 extrema :

*Claustraque Pelusii Romano subruta ferro.*

B. Hieronymus in Ezechielis cap. xxx de Pelusio : *Portum, inquit, habet tutissimum, et negotiatores muris ibi vel maxime exercentur. Unde et poeta (Virg. 1 Georg.) Pelusiacam lentem appellat, non quod ibi genus hoc leguminis seratur, vel maxime, sed quod in Thebaida omni Ægypto per rivum Nili illius plurimum deferatur.* Idem in Isaia cap. xlvi : *Pleraque Ægyptiorum oppida ex bestiis et jumentis habent nomina. Κύων, a cane. Λέων, a leone : Δύως, figura Ægyptiaca ab hirco : Δύκων a lupo : ut taceam de formidoloso et horribili cepe, et crepitu ventris inflati, quæ Pelusiaca religio est.* Arnobius lib. vii adver. Gentes : *Acrimonias internoscere ceparum.* Angellius lib. xx, cap. 8 : *Eam causam esse dicunt sacerdotes Ægypti cur Pelusiotæ cepe non edant, quia solum olerum omnium contra lunæ aucta, atque damna (id est augmenta et diminutiones) vices mirumendi atque augendi habent contrarias.*

Pelusiotæ autem et incolæ designat, et vilem ac luteum hominem. Πηλός enim lutum est.

Sic idem Hieronymus epistolæ ad Pammachium, adversus errores Origenis : *Hæ sunt strophæ vestræ atque præstigæ, quibus nos pelusiotas et jumenta et homines animales dicitis, quia non recipimus ea quæ spiritus sunt; et ad Pammachium et ad Oceanum : Pelusiotas nos appellant et luteos, animalesque et carnes, quos non recipimus ea quæ spiritus sunt. Illi, scilicet. Jerosolymitæ, quorum mater in cælis est. Eadem ep., et propter animales et luteos nolle palam dogmata confiteri. Ibidem : Impelle si vales, Pelusiotam, ut manducet cepam.* Idem Hieron. in cap. xxix Jeremiæ : *Delyrus interpretis seminas ruinam cælestis Jerusalem, quæ cum audiunt discipuli, et grumianæ familiæ stercora putant se divina audire mysterium, nosque qui ista contemnimus pro brutis habent animantibus et vocant πηλοσιώτας, eo quod in luto istius corporis constituti non possumus sentire cælestia.* Hæc Hieronymus. Juxta Pelusium autem cultus Jupiter Casius. Testis Sextus Pyrrhonius, lib. III Hypotyposeon scribens : *Jam vero et ex Ægyptiis qui sapientes habiti fuerunt alii caput animalis edere profanum esse arbitrantur, alii scapulam, alii pedem, alii nescio quid aliud. Cepas vero nullus unquam edidit eorum, qui sacris Casii Jovis apud Pelusium initiantur.* Epiphanius vero : *Κάσιος δὲ ὁ ναύκληρος παρὰ Πηλοσιώτας, etc.*

#### JOSEPHUS SCALIGER CUNRADO RITTERSHUSIO SUO S.

De thesauro invento tibi, vel potius reipublicæ litterariæ gratulor. Non potuit illi melius contingere quam in illius manus incidere qui non solum illum publicare, sed etiam meliorem dare potest, quandoquidem et Latinam interpretationem tuam, et notas ad illud opus exspectamus. Exigis a me epigramma in commendationem operis. Non erat opus ad commendationem, quandoquidem et per se utile, et tua opera ornatus prodire potest. Multo minus a me, qui neque unquam poeta fui, et, si fuissem, jam per ætatem rude donandus eram. Sed quia nondum missionem mihi datam putas, accipe hos versiculos, non ut poetæ, sed illius qui nunquam meminerit se poetam fuisse.

Ὁ πρόσθ' ἐς αὐγὰς Ἰσιδώρος ἐκδοθείς  
Μέλη τι' ἦν μὲν Ἰσιδώρου, σῶμα δ' οὐ.  
Τὸ σῶμα δ' ἡμῖν ἀρτίον χαρίζεται  
Πρόσχημι σμυνῶν Ῥιττερούσιος νόμῳ  
Λυγρῶν τοσοῦτω κῦδος εὐκλέεστρον  
Τοῦ δόντος εἰς φῶς Ἰσιδώρου λειψάνα,  
Ὅσφ τὸ σῶμα τῶν μελῶν ὑπέρτερον.

Quamvis senium olent, tamen versus esse puta, et quia hoc tu voluisti, Si quid peccatum est, a te, non a me supplicium exposce. Vale. Lugduni Batavorum. xvi Kal. Septemb. Juliani. Clj. Ij. CIII.

\* Illustris viri Josephi Scaligeri epigramma Græcum quidam ejus observantissimus ita totidem versibus Latinis, si non expressit, saltem commutare conatus est :

Quondam ille in auris Isidorus editus,  
Quædam Isidori membra non corpus fuit.  
Nunc corpus ejus integrum nobis dedit  
Fax juris interpretæque Rittershusius :  
Cui gloria hinc parta est eo prælustrior,  
Quam qui edidit quædam Isidori fragmina,  
Quo corpus est membris suis perfectius.

## ISAACUS CASAUBONUS CUNRADO RITTERSHUSIO IC. S. D.

Avebam scire, ut valeres, et quid ageres, clarissime Rittershusi, mirabarque binis meis superioribus nullum a te responsum esse datum, ut nec a Scipione Gentili, academiæ vestræ lumine quidquam litterarum accepi, postquam ex itinere Gallico isthuc est reversus, eramque adeo de utriusque vestrum valedudine ac statu sollicitus, cum misit ad me Bongarsius, ὁ τῶν ἐμῶν φίλων ζωτος, epistolam illam tuam quam utrique nostrum communem esse voluisti. Gavisus sum non mediocriter, et quod valentem te intellexi, et quod ita in litteras animatum, ut bene de illis merendi finem nullum facias. Nam quod scribis de repertis B. Patris Isidori Pelusiotæ epistolis, et tua cura descriptis atque ad edendum paratis: beati me, mi Rittershusi, hoc evangelio. Macte hoc studio atque hermæo isto. Multa quidem tibi jam resp. litteraria debet, propter egregia ingenii tui monumenta, quibus illam auxisti, ornasti; sed magnum cumulum prioribus tuis meritis adjeceris, si tam pium et eruditum scriptorem ἐξ ἄδου παλινοροπον nobis dederis, quod quidem ut facias, non hortor te solum, sed etiam rogo atque obtestor: eo quidem vehementius, quo pauciores hodie sunt quorum palato dapes istæ sapiant. Sed male sanorum hominum voces insanas, qui litteras Græcas faciunt non pauci, pro tua prudentia facile intelligis esse contemnendas; atque illud potius nobis, qui illarum præstantiam ac necessitatem intelligimus, esse enitendum, ut fugientibus manum injiciamus, et, si possumus, suam æstimationem ac pretium illis apud τοὺς εὐφραεῖς γούν τῶν νέων vindicemus. Quod autem edi cupis Lutetiæ opus tuum (vere enim tuum dixerim), de ea re quid certi spondeam tibi, non habeo: nam lente hic Græcorum editio procedit: etsi non deest quibusdam nostrorum typographorum animus et Isidorum et reliquos Patres Græcos edendi. Itaque cum omnia a te fuerint parata, fac me ut sciam; et confide, pari diligentia in eo negotio versaturam, ac si mea res ageretur. Vale. Madridi ad urbem, III Nonas Septemb. Clj. Ij. CIII.

Phil. Scherbius ex animo tuus. S.

Libenter legi Isidorum tuum, et, ut puto, non sine fructu. Miratus sum immanitatem (ita enim oportet loqui) laborum tuorum. Feres fructum. Quem illum? Placebis melioribus. Sed et fortassis auferes invidiam apud eos, quibus molestum erit, te ad summam juris civilis peritiam tantam rerum sacrarum cognitionem adjunxisse. Nosti ingenium humanum. B. V.

## ARGUMENTA

## EPISTOLARUM S. ISIDOBI PELUSIOTÆ

Breviter comprehensa descriptaque a C. Rittershusio.

## ARGUMENTA LIBRI PRIMI.

Epist. 1. Vocum monasticarum ἀποταγῆς et ὑποταγῆς explanatio.

2 Sancti sunt carbones igne divino succensi.

3 Opinio a re inumane quantum discrepat: et verba factis concedunt.

4 Vita præsentis ævi est stadium, in quo nobis strenue decertandum est, si futuri sæculi præmia consequi volumus.

5 De asperitate et continentia vitæ monasticæ.

6 Calix apud Davidem quid significet.

7 Christi genealogia materna simul ac paterna ex familia Davidis deducitur.

8 De cura corpori et animæ impendenda.

9 De somniis, quæ ex diuturnis actionibus earumque reliquiis noctu per quietem nobis offeruntur; et de studio sobrietatis.

10 Charitatis encomium, qua nihil est majus. Confer Beati Maximi ἐκατοντάδας ἔπερ ἀγάπης.

11 Injurias et contumelias non esse vindicandas, sed patientia superandas.

12 Elati animi reprehensio.

13 Admonitio de reditu ad officium desertum.

14 Præstat bene vivere et agere, quam bene et ornate dicere.

15 Cohortatio ad studium humilitatis et modestiæ, deposita arrogantia atque superbia.

16 Sal secundans aquas sparsus ab Eliseo, quid mystice denotet.

17 Quare Christus in Evangelio quemdam ab se repulerit.

18 Contra Judæorum calumnias de ortu Christi: deque significatione particulæ donec, quam habe in

sacris Litteris. Virgo mater virgini discipulo quasi testamento Christi commendata.

19 Solutio quæstionis: Cur non etiam Daniel cum tribus sociis simul in fornacem sit coniectus.

20 Qui Christo non credit, ei nos frustra conabimur persuadere res arcanas et cælestes.

21 Veteris et Novi Testamenti collatio cum scriptis gentilium, quæ de natura deorum exstant.

22 Dehortatio a sacerdotii cupiditate.

23 Interpretatio loci de Primogenito sancto.

24 Sacræ Litteræ religiose sunt tractandæ.

25 Contra solitaria vitæ sectatorem, qui tamen perturbationibus succumbit.

26 Admonitio de crimine Simonæ vitando.

27 Objurgatio hominis avari, bene alioquin versati in sacrarum Litterarum lectione.

28 Sacerdotium appetere non est cuiusvis.

29 Admonitio de cavenda Simonia.

30 Admonitio de officio episcopali.

31 Admonitio de brevitate magistratus, adeoque totius humanæ vitæ, honestis actionibus extendenda.

32 Lucerna in candelabro est sacerdos in cathedra.

33 Joannes Baptista quibus rebus præstantior fuerit prophetis.

34 Joannes Baptista quo consilio legationem ad Christum miserit.

35 Admonitio imperatoris Theodosii de mansuetudine et eleemosynis exercendis.

36 Admonitio de officio aulici.

37 Oratorium ex rapinis non ædificandum.

38 Admonitio de cavenda abiciendaque sacerdoti feritate, et assumenda humanitate et mansuetudine.

39 Etiam tunc, quando ob unum impium tota plebs civitas, non sit injuria cæteris, quasi omnino innocentes punirentur.

40 In hominem θρασύδειλον.

41 Objurgatio monachi vagi atque instabilis, proposita leporis et veri monachi dissimilitudine.

42 Ineffabilis unio hypostatice duarum in Christo naturarum præfigurata viso prophetico carbonis igniti forcipe comprehensi.

43 Quare Abrahamus servum suum voluerit jurejurando sibi astringere manu seniori imposita.

44 Eleemosynæ cum judicio erogandæ.

45 Admonitio de officio episcopali, et quid denotari abjectio laneorum vestimentorum.

46 Actiones orationi copulandæ ac velut maritandæ sunt.

47 Admonitio de prætura recte gerenda.

48 Tributum ne clerici quidem pendere detractanto.

49 Monachi suis manibus operantes victum quaerunt exemplo Pauli et ex præcepto Christi.

50 Virga nucæ quid denotet apud Jeremiam.

51 De typo ficus maledictæ a Christo et arefactæ.

52 Abstinentiæ a cibis causæ complures.

53 Mundum fugere quid sit, apud Amos prophetam.

54 Inter Mariam matrem Domini et Cybelem matrem deorum quantum sit discrimen.

55 De honore habendo reliquiis sanctorum, ut per quas Deus multa admiranda opera patret. Conf. ep. lib. 11.

56 Judæ proditio, licet prævisa prædictaque, libera tamen fuit. Nam præsentia Dei non affert hominum actionibus necessitatem.

57 Utres veteres quinam sint. Piorem et impiorum discrimen in Caipha et Petro conspicuum.

58 Frugalitatis commendatio.

59 De peccato in Spiritum sanctum irremissibili.

60 Spiritus sanctus est Deus: unde et Dei digitus vocatur.

61 Objurgatio hominis ebriosi. Et quod non sit satis, scripta sanctorum legere, nisi vita quoque et moribus exprimentur quæ legerimus.

62 Inter veram et falsam eloquentiam quantum intersit.

63 Contra nimium studium gentilium historico-

rum et poetarum, Christiano homine indignum.

64 De infrugiferis arboribus securi excidendæ.

65 Area, ventilabrum, frumentum et horreum allegorice quid denotent.

66 De Christo a Joanne baptizato.

67 De illustri patefactione Trinitatis in baptizato Veteris Christi.

68 Vera expositio dicti Christi de Joanne Baptista.

69 Dehortatio a gula, et adhortatio ad jejunium propositis utriusque rei et fructibus et exemplis.

70 Et ventri et perturbationibus animi imperandum.

71 De sanctificatione Sabbati, et quæ opera in Sabbato sint faciendæ, nempe quæ animæ sint lucrosa.

72 De opere manuum, quatenus per id Sabbatum profaneur.

73 Cur Deus etiam templa sua fulmine seriat.

74 De indumentorum vilitate.

75 Consolatio tentationibus opponenda.

76 Cur Christus lapides in panes convertere noluerit.

77 De solitudinis bono.

78 De terrenæ militiæ cum spirituali commutanda.

79 Mali sacerdotes Pharisæorum similes.

80 Dicti evangelici de adversario et via, et expositio nova et mira.

81 Expositio dicti ex psalmo xciv: « Ne adhæreat tibi sedes iniquitatis fugens laborem in præcepto. »

82 Solutio dubitationis cur Israelitæ Benjaminitarum scortationem ultum euntes in Gabaa sint cæsi (Jud. xx).

83 Expositio allegoriæ de oculo eruendo et manu dextra abscindenda obiciendaque.

84 Expositio præcepti evangelici de inani gloria in bonis actionibus cavenda.

85 Expositio tertiæ petitionis in oratione Dominica.

86 Vera nobilitas et felicitas in virtute consistit.

87 Exemplis docetur, etiam feminas posse affectus suos vincere. Quare muliebris sexus imbecillitas feminas illis succumbentes non excusat.

88 Contra jactantiæ vanitatem.

89 De mulierum congressibus, aut contemplatione certe vitanda.

90 Cantus seminarum in ecclesia an permittendus sit.

91 Collaudatio hominis continentis, et ad perseverantiam exhortatio.

92 De veris et falsis monachis.

93 Admonitio monachorum, Ne multi fiant magistri.

94 Expositio dicti Scripturæ, Hebr. iv, 13: « Omnia nuda et aperta oculis ejus. »

95 De spinea corona, quo spectavit.

96 Invitatio philosophi gentilis, ut veram philosophiam, id est Christianismum, abjectis erroribus, amplectatur.

97 De Spiritus sancti cum Patre et Filio arctissima conjunctione, quæ vel ex verbis concessæ apostolis clavium potestatis apparet satis.

98 De injuriis Christiano patienter ferendis.

99 Contra eum qui superbit, cum nullam habeat superbiendi materiam.

100 Refutatio hæreseos Novati.

101 Collaudatio hominis qui bene cæpit; et ad perseverantiam in bono cohortatio.

102 Contra hæresin Manetis et aliorum qui male de duabus in Christo naturis sentiunt. Hæreticorum cum piscatoribus comparatio.

103 Trinæ abnegationi Petri opposita tria Domini interrogatio et Petri assensio.

104 Episcopatum appetere non est cuiusvis.

105 De partu viperino, cui a Joanne Baptista Judæi comparantur.

- 106 *Solutio quæstionis, de purgatione templi Christo instituta.*
- 107 *De summa inter Velus et Novum Testamentum consensio.*
- 108 *De vana et inani eloquentia.*
- 109 *De Spiritus sancti deitate adversus Pneumatomachos.*
- 110 *Contra superbiam monachalem. Et quis verus sit monachus.*
- 111 *Detestatio Simoniz.*
- 112 *Contra eos qui aliter vivunt quam docent, atque ita hominibus se deridendos propinant.*
- 113 *Contra adificationem ecclesiæ ex injustis lucris. Confer ep. 37, h. lib.*
- 114 *De tridua Christi in sepulcro quiete. Confer ep. 312, lib. 11.*
- 115 *In eum qui ad pristina vitia revertitur.*
- 116 *Admonitio de officio.*
- 117 *De ignoto extremi iudicii die.*
- 118 *Admonitio ad pravos sacerdotes, ut ad meliorem frugem se recipiant.*
- 119 *Contra Simoniacos.*
- 120 *Mali sacerdotes sibi ipsis potius nocent, quam sacrum suggestum contaminant. Confer Chrysost.*
- 121 *De vocatione gentium et rejectione Judæorum.*
- 122 *« Pax vobiscum, et cum Spiritu tuo, » quare a sacerdote in ecclesia dicatur, et a populo respondeatur.*
- 123 *Quid sacrum corporale significet in mysterio divinarum administratione.*
- 124 *Divinitas passionis expers, contra Theopaschitas.*
- 125 *Solutio quæstionis de angelo Moysi necem minitante.*
- 126 *De dicto Christi: « Estote prudentes sicut serpentes. » Confer ep. 175, lib. 11.*
- 127 *In indoctum multos libros coementem, ex quibus nullam percipit utilitatem.*
- 128 *Objurgatio hominis imperiti, impudentis et superbi.*
- 129 *Laus vitæ monasticæ, ad eamque rite degendam cohortatio.*
- 130 *Monasticæ vitæ cultor a gula fastuque alienus esto: vigilantiz, sobrietati, modestizque studeo.*
- 131 *Zachariæ silentium et mutitas typus fuit legis in adventu Christi obmutescens.*
- 132 *De victu Joannis Baptistæ: sive quid fuerint æplices contra vulgrem opinionem.*
- 133 *Gratulatio, et simul admonitio de officio magistratus.*
- 134 *Increpatio hominis desperati.*
- 135 *Objurgatio hominis libidinosi.*
- 136 *Habitus sacerdotalis quid denotet. Quoque sacerdos typum gerat Christi Domini, veri supremique Pastoris. Adi Joan. Stephan. Duratum De ritib. Ecclesiæ cathol.*
- 137 *Absurdum est præmia et coronas petere ante impleta legitima certamina.*
- 138 *Patris et Filii non est una persona, sed una essentia, contra Sabellianos.*
- 139 *Expositio dicti Pauli: « Non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo. »*
- 140 *Dehortatio a crapula hominis jam cui et in nequitia veterani.*
- 141 *Hominem etiam sine humano semine existere posse probatur, contra Judaicam perfidiam.*
- 142 *Deprecatio pro servo alieno, qui ob delictum quoddam ab hero suo aufugerat, ut in gratiam recipiatur data venia.*
- 143 *Divina mysteria cum hominibus impiis non communicanda.*
- 144 *Objurgatio hominis, qui a via salutis arcta ad latam perditionis viam deflexit atque exorbitavit.*
- 145 *Objurgatio ejus qui ambitu et prece pretioque ad sacerdotium obreperat.*
- 146 *Solutio quæstionis, cur Christus leproso quem mundarat, præceperit munus offerre sacerdotibus.*
- 147 *Cur Christus prædixerit multos venturos ex gentibus, qui cum patriarchis recumbant.*
- 148 *Justi et iniqui imperii differentia. Tyrannici præsidis reprehensio.*
- 149 *De officio episcopi, quam arduum ac periculi plenum sustineat munus.*
- 150 *Objurgatio monachorum propter inhospitalitatem.*
- 151 *Objurgatio mali et in suo officio negligentis episcopi.*
- 152 *De S. Joan. Chrysostomo ejusque adversariis.*
- 153 *Expositio dicti Christi: « In viam gentium ne abieritis. »*
- 154 *Admonitio de pœnitentia, et vitæ correctione.*
- 155 *Monachus neque ipse jurare, neque ab aliis jurandum exigere debet.*
- 156 *Sacerdotii dignitas et majestas quanta sit, quinque libris a Joan. Chrysost. expositum est.*
- 157 *Admonitio de officio archidiaconi ne fluxus opibus adjiciat animum.*
- 158 *Reprehensio improbi et Simoniaci sacerdotis.*
- 159 *Evangelii prædicationi nullum afferri debet impedimentum.*
- 160 *Collaudatio viri probi, et ad constantiam cohortatio.*
- 161 *Collaudatio bene scribentis, et ad perseverantiam cohortatio.*
- 162 *Quid requiratur ad perfectionem.*
- 163 *Non satis est bene loqui, sed bene etiam vivere oportet.*
- 164 *De cavenda superbia.*
- 165 *Collaudatio boni magistratus, et cœlestium atque æternorum præmiorum repromissio.*
- 166 *Objurgatio et admonitio obstinati peccatoris, ut resipiscat.*
- 167 *Objurgatio hominis contentiosi et rixosi. Qui pugnis gaudet et odio esse studet, merito dæmon est vocandus.*
- 168 *Christus vitis est; ejusque doctrina vinum lætificans corda hominum.*
- 169 *Apostoli musto pleni; hæretici ut caupones quidam adulterant vinum cœlestis veritatis.*
- 170 *Gravissima increpatio impii sacerdotis, qui tamen a sacrorum tractatione non abstinet.*
- 171 *Admonitio, ut fratres dissidentes in gratiam et concordiam redeant.*
- 172 *Quantum inter divitem et Lazarum fuerit discrimen.*
- 173 *Objurgatio hominis inconstantis et gulosi, alios exemplo suo corruptentis.*
- 174 *Objurgatio crudelis præfecti, qui reis perfugium ad ecclesiam, sive defendendi copiam denegarat.*
- 175 *Si quis talis dici recusat, talia ne faciat. Sermones enim rebus sunt consequentes.*
- 176 *Admonitio subditorum, ut sibi ab iniquo præside suo caveant.*
- 177 *Corruptissimi status ecclesiastici et politici descriptio.*
- 178 *Imploratio auxilii contra injustum præsidem.*
- 179 *Reprehensio viduæ luxuriose viventis.*
- 180 *Admonitio, ut non tam verbis quam factis philosophemur, neve sinus homines ignava opera, philosophica sententia, quia parum est lingua duntaxat eruditum esse, non vita et factis emendatum.*
- 181 *De severitate, qua Moyses in Achanum Sabbati violatorem, et Petrus apostolus in Ananiam ejusque uxorem Saphiram usi sunt.*
- 182 *De margaritæ emptore in parabola evangelica, quod Novi Testamenti denotat populum, Christi veram margaritæ sectatorem.*
- 183 *Vita humana mare est; ejus tranquillatores apostoli.*

184 Admonitio hominis impii, ut resipiscat, si non Dei, saltem infamiae metu.

185 Objurgatio vitiosi episcopi.

186 Cohortatio ad liberalitatem sine curiositate exercendam.

187 Ob sacerdotum improbitatem atque abusum rerum divinarum non debemus exercitia liberalitatis omittere.

188 De extremo iudicio, quod ejus respectu debeamus nos ad rationes vitae nostrae Deo reddendas praeparare, nec poenitentiam nimis diu protelare.

189 Martyrum verus honor et cultus non tam in oblationibus munerum, quam in morum imitatione consistit.

190 Commendatio servi fugitivi, ut a domino suo in gratiam recipiatur.

191 Imploratio auxilii contra tumultus in solitudine excitatos.

192 Supplantatio Esau a Jacobo facta quid allegorice significet.

193 Jacobus hœdinis pellibus peccati experte indutum, qui patri gratum cibum obtulit.

194. Quæ sit causa zizaniorum sive mularum cogitationum in corde hominis existentium.

195 Cur Deus impios non statim perdat et eradicet, et quod angeli futura ignorent.

196 De rebus ab Ægyptiis, per Israelitas ablatis.

197 Ostentatio in recte factis vitanda est.

198 Cur Ægyptiorum mares in mari submersi sint: nempe ut hæc poena esset talionis, quod et ipsi antea mares Israelitarum occidissent.

199 De comparatione regni cœlorum cum grano sinapis.

200 De loco prophetæ Malachiæ 11, 13, ut accipiendus sit.

201 Regnum Dei simile fermento.

202 Admonitio de intempestivis atque immodicis discipulorum laudibus vitandis.

203 Dehortatio ab ebrietate.

204 Regnum Dei cum sagona comparatum.

205 Regnum Dei sagonæ simile.

206 De statera in ore piscis reperto a Petro, et pro Christo depenso.

207 Similitudo puerorum, ad quam Christus nos vocat, qua in re consistat.

208 Admonitio de officio magistratus.

209 Ut malum est a diabolo, sic bonum omne Deo acceptum ferre debemus.

210 Allegorica expositio aliquot dictorum Christi in vaticinio de extremo die prolatorum.

211 Quidnam significant allegorice prægnantes et lactantes, quibus vœ a Christo denuntiantur.

212 Præmia recte factorum in sacris Litteris promissa.

213 Monetur viduus, ut sibi a secundis nuptiis careat, et monasticam potius vitam amplectatur.

214 Imperii de rebus divinis disputare non debent, ne religio in contemptum per eos adducatur.

215 Admonitio avari episcopi, ut liberalitatem in pauperes exercent.

216 Respondet ei qui petierat, tunicam sibi mitti ab Isidoro.

217 Gratiarum actio pro vestibus donatis.

218 Quatuor summa imperia Danieli in visione ostensa.

219 De agno paschali, cur Judæi igne assum comederunt.

220 Admonitio de officio monachi.

221 Quid sit, pro mortuis baptizari. Expositio dicti Paulini, I Corinth. xv, 29.

222 De iudicio in vivos et mortuos exercendo. Viri et mortui tribus modis accipi possunt. Confer Methodum in Bibliotheca Photii, pag. 495.

223 Increpatio hominum deploratorum.

224 Convalescens et in vita diutius manere jussus, petiit se amici precibus ad Deum jurari.

225 Gratulatio magistratus viro bono delati.

226 Boni prætoris commendatio.

227 Increpuit insolentis atque elati philosophi, qui Christi fidem fuerat amplexus.

228 Eucharistia quare dicatur Communio.

229 Solutio quæstionis, cur non quævis oblatio munerum prosit offerenti.

230 Caini oblatio cur Deo fuerit ingrata.

231 Objurgatio hominis temerarii, et ad meliorem frugem revocatio.

232 Admonitio de officio sacerdotali.

233 Objurgatio hominis crudelis et sanguinarii.

234 Objurgatio hominis libidinosi.

235 Petri de Christo confessio est basis et fundamentum Ecclesiæ.

236 Unio duarum naturarum in Christo Petri confessione comprehensa.

237 Invidis parata supplicia et in hac et in altera vita.

238 Ecclesiæ perpetua conservatio.

239 De Christi in monte transfiguratione.

240 Impios diu tolerat Deus ad poenitentiam eos patientia sua expectans et invitans.

241 Filius Dei coæternus Patri, contra Arianos.

242 De hæresi Montani, quam sæda ac detestabilis fuerit.

243 Montanus mæchus manifestarius, dignus scilicet habitus, cujus beneficio Spiritus sanctus mortali generi conferretur.

244 Non quodvis jejuniun prodest.

245 Manichæorum juxta cum Montanistis detestatio.

246 Detestatio hæreseon Arii et Eunomii.

247 Contra hæresim Sabellii.

248 Solutio quæstionis de oriente et occasu.

249 Calix afflictionem significat in sacris Litteris.

250 Querela de corruptelis in Ecclesia grassantibus.

251 De veste Christi.

252 De velo templi in passione Domini scisso.

253 De miraculis quibusdam, quæ in crucifixione et morte Christi evenerunt.

254 Solutio quæstionis, cur petræ res inanimatæ, cæcæ scissæque sint in passione Christi.

255 Latrones duo una cum Christo crucifixi quid mystice denotarint.

256 Cur medius inter duos latrones pendere voluerit Christus.

257 Ut lux major obscurat minorem, sic Zacharias ad nuntium de prodro mo Christi obmutuit.

258 Moderato labore exercendi sunt tyrones, et paulatim ad graviora ferenda assuescendi.

259 Dicti Joannis evangelistæ cap. ult. nova expositio. Homo microcosmus.

260 Admonitio ne adolescens suo arbitratu vivat, sed senioribus se submitat gubernandum.

261 Improbitas fugienda ei qui Deo et hominibus charus esse velit.

262 Querela de malo episcopi administratione.

263 Objurgatio improbi diaconi.

264 Admonitio de celesti armatura adversus hostem diabolom comparanda, avaritia et voluptas vitata.

265 Increpatio superbientis ob corporis proceritatem.

266 Consilium de assequenda perfectione.

267 De duplici statu animæ post mortem.

268 Discipuli Christi quibus armis victoriam reportarint.

269 Admonitio de vitanda avaritia rapacitateque bonorum ecclesiasticorum, et cura pauperum suscipienda ad quos bona ecclesiastica pertinent.

270 Ethnicismo abolito Christianismus per totum orbem terrarum prævaluit. Conferendus Minutius Felix in Octavio, et Theodoretus De Græcanicis afflictionibus curandis.

271. Vita homini non inesse per naturam. Confer infra ep. 303, quæ hac est plenior : sicut etiam in ms. cod. Bavar. hæc altero tanto est longior.

272 Quod primus Adam perdidit, secundus restituit.

273 De vero Dei cultu.

274 Contra vanam fugacium opum fiduciam.

275 Contra ingratum ac degenerem reipub. alumnium.

276 Contra opum et inanis gloriæ studium.

277 Contra ebrietatem et crapulam.

278 Laus vitæ monasticæ.

279 Contra ebrietatem.

280 Contra iracundiam.

281 De Cappadocum pessima perversissimaque indole.

282 De expulsionem ex paradiso, et in eundem restitutionem. Interpretatio dicti Christi, Matth. xv.

283 De disparitate humanorum studiorum.

284 De resurrectione mortuorum etiam in stirpibus præfigurata.

285 Expositio dicti Christi de duabus molentibus. Vita hæc est pistrinum.

286 Contra eos, qui sola virginitalis observatione gloriantur, cum interea virtutum variarum, et in primis humilitatis studio destituantur.

287 Talenti bene collocati præmium cæleste.

288 Oviæ et hircorum in extremo die separatio.

289 De Christi vera humanitate, etiam in infirmitatum nostrarum susceptione declarata.

290 Firmamentum imperiorum est amicitia cum Deo.

291 Petrus servo summi sacerdotis Malcho auriculam amputans, quid mystice denotet.

292 Barrabas liber dimittitur, Christus ad crucem damnatur.

293 Judæi Christum felle potantes quid mystice denotent.

294 Admonitio de virtutibus duct exercitus necessariis, metu Dei et iustitia : quibus remotis infeliciter cum hoste pugnatur.

295 « Oderunt peccare mali formidine pœnæ. »

296 Contra libidines.

297 Increpatio homicidæ superbi.

298 De inutili et otiosa monachorum turba minnenda.

299 Deprecatio pro naufrago reliquatore.

300 Deprecatio pro naufrago.

301 Interpretatio dicti ex psalmo xxiii, « Virga tua et baculus tuus, » etc.

302 Præceptum monasticum de exercitatione et certamine ante coronam suscipiendo.

303 Vita homini inesse per naturam : quam Christus in unitatem personæ assumptam saluti integritateque asseruit. Christus Deus et homo in unitate personæ incommutabilis.

304 Impuram mentem non esse cælestis sapientiæ capacem aut docilem, ut lippus oculus splendorem solis intueri nequit.

305 Nova interpretatio ἄρθου psalmi cxix : « Adhæsit pavimento anima mea. »

306 Etiam in servili conditione potest quis liberum atque ingenium animum gerere. In Christo enim nulla est differentia liberi hominis et servi.

307 Gratulatio episcopo ex periculo servato.

308 Vita monastica est militia.

309 Exhortatio ad linguæ petulantiam coercendum.

310 Admonitio necessaria de affectibus et præiudiciis cavendis. Deque Theophilo Cyrilli avunculo Joannis Chrysostomi adversario.

311 De concilio Ephes. recte instituendo ad imper. Theodosium.

312 Ficus sterilis excidenda.

313 Dehortatio ab ebrietate et abusu vini, ex cuius primitiis Spiritus divinus sanguinem Christi efficit.

314 Objurgatio monachi gulosi ac vagi, quamvis iam annis gravis.

315 Contra episcopum Simoniacum.

316 De recta liberorum educatione et institutione.

317 Collaudatio solventis primitias et decimas fructuum.

318 Deprecatio pro monacho fugitivo.

319 Admonitio, ut sacerdos typum se præbeat gregis.

320 Gula est soror vel potius mater libidinis.

321 Dicium psalmi ci exponitur : « In matutino, » etc.

322 De hominibus indoctis, insulsis et temerariis, qui omnia in Ecclesia, repub. et imperii statu perturbarunt, patienter ferendis.

323 De Verbi Dei incarnatione. Laus Athanasii.

324 Inconstantia et νενοδοῖα Cyrilli taxatur.

325 Lingua refrenanda.

326 Militaris insolentia in ordinem redigitur.

327 De concussione militari.

328 Ira gravior blasphemia.

329 De intemperantia linguæ coercendus.

330 Dicti psal. cxix, « Non est occultatum, » etc., expositio nova et mira.

331 Expositio dicti ejusdem psalmi.

332 Increpatio imperii perturbatoris Ecclesiæ.

333 Admonitio de futuro iudicio, in quo reddendæ sunt rationes eorum omnibus angelis et hominibus.

334 Quinam mortui sint lugendi. Nova expositio dicti : « Super mortuum plora, » etc.

335 Consilia non sunt ex eventis metienda aut ponderanda.

336 Admonitio hominis gulosi ventrem pro numine colentis, ut respiscat.

337 Expositio grammaticæ loci ex Actis apost. cap. xxviii, 15, usque ad « Appii forum, et tres tabernas. »

338 De remissione peccatorum contra Novatianos.

339 Rursus de eadem.

340 De æterno avarorum et crudelium hominum supplicio.

341 Increpatio hominis perdit.

342 Re potius quam sermone philosophandum.

343 De angelorum creatione, etc.

344 De animadversione divina, quod sit admonitio potius emendandi nostri causa suscepta, quam iræ vel indignationis significatio.

345 Objurgatio hominis gulosi.

346 De Pauli conversione.

347 Admonitio hominum flagitiosorum, ut ad officium redeant.

348 Donaria sine pietate oblata nihil prosunt.

349 Sacerdos etiam improbus non est aspernandus, quia est angelus Dei omnipotentis.

350 Admonitio hominis voluptuarii, ut respiscat.

351 Objurgatio hominis pravo sodalitate gaudentis.

352 De sanctis Patribus, qui ex Cappadocia fuerint oriundi. Et quod vitium atque improbitas non sit a natura, sed a voluntate et animi instituto.

353 Patris et Filii sicut una est essentia, sic et voluntas.

354 Quo sine magnus Elimas in Actis apostolorum cæcitate fuerit punitus.

355 Allegorica interpretatio dicti Exod. xix, 40 : « Abluant vestimenta sua hodie, » etc.

356 De trina abnegatione Petri, et trina item confessione Christi.

357 De Petri conversione et respicientia ad gallicantum.

358 De ficu a Christo maledicta, quid mystice ratione denotari.

359 Trina resectio, qua gens Judaica, totumque adeo genus humanum repudiavit salutem.

360 Cur Christus sese panem appellari.

361 Dehortatio a gulositate.

362 Typica benedictio Ephraim et Manasse.

363 De vaticinio Elizabethæ, matris Joan. Bapt.

364 Nova et allegorica expositio dicti psalmi cl. :

Laudate eum in tympano et choro, » etc.  
 365 De vaticinio Jacobi, Genes. XLIX.  
 366 Dicti Isaiæ, « Ne dicas, Jacob : Et quid locutus Israel, » etc., nova expositio, et accommodatio ad questionem in præcedenti epistola decisam.  
 367 Dehortatio a crebritate congressuum urbicorum.  
 368 Admonitio monachi, ut vitet fastum, quippe a quo ipsius professio et vitæ institutum longe sit alienissimum.  
 369 Commendatio sacræ Scripturæ præ omnibus litteris sæcularibus.  
 370 Admonitio de studio contentionum et dissidiorum cavendo.  
 371 De crimine falsi, quo Marcionitæ Novum Testamentum corruerunt.  
 372 De perseverantia in bono.  
 373 Tentationibus firmiter resistendum.  
 374 Veræ ac solidæ gloriæ studentium.  
 375 Paupertas æquo animo ferenda.  
 376 De dispari piorum et impiorum conditione in hac et altera vita.  
 377 De miraculosa Christi nativitate.  
 378 De stellæ Magis visæ ac præviæ insueto cursu.  
 379 De extremo judicio, et æternis impiorum suppliciiis, quæ etiam ethnicis non fuerunt ignota. Confer. ep. ult. lib. III.  
 380 Peccatis irascitur, et pœnas infligit Deus.  
 381 Exhortatio et revocatio ad pœnitentiam.  
 382 Qui improbum castigat, est ei idem quod speculum deformi et medicus ægroto.  
 383 Contra gulositatem.  
 384 De gastrimargia sive insano ventris studio.  
 385 De intemperantia in vino vitanda.  
 386 Oratio quibus rebus sit adjuvanda.  
 387 Rursus de eodem argumento.  
 388 Contra persecutorem sacerdotis.  
 389 Ostendit recte ab se factum, quando Ariani se opposuit.  
 390 Adolescentem litterarum studiis aptum natum non oportet ad militiam traducere. Quin potius naturæ fas est semina quemque sequi.  
 391 Aliis medicinam facere volens, seipsum prius curet.  
 392 Occasio furem facit.  
 393 Christus cur aquam in vinum converterit.  
 394 Objurgatio discipuli nihil proficientis.  
 395 Præclara facinora manent hujus et æternæ vitæ præmia.  
 396 Commendatio anici.  
 397 Humana inventu absque divina gratia non sunt diuturna.  
 398 De Philostrato Thyanæo.  
 399 Qui multos bonos libros possidet, ne sit canis in præsepiti.  
 400 Expositio dicti psalmi LXXVIII: « Captivam duxisti captivitatem. »  
 401 Refutatio Judæi, qui sacramentum cænæ Domini carperat.  
 402 Laus ritæ solitariae.  
 403 De vero jejunio, quod omnibus sensibus suis homo indici.  
 404 De penetratione corporis Christi per clausam virginali matrum et monumentum obsignatum.  
 405 In rebus divinis cesset rationum indagatio.  
 406 De angeli apparitione in resurrectione Domini.  
 407 Pauli συγκατάβασις; et accommodatio ad captum infirmorum.  
 408 Invitatio ad seriam resipiscentiam.  
 409 Cur Christus Paulum apostolum et cælo sit allocutus.  
 410 Ad peccata eorum qui fidei nostræ sunt commissi nequaquam committendum.  
 411 Exhortatio ad elemosynarum largitionem.  
 412 Contra eos qui litterarum studia in meras contentiones convertunt, quod graves Deo vero rationes reddere teneantur.

413 Explicatio dicti Paulini de legitimo conjugum et cæterarum rerum hujus vitæ.

414 Expositio dicti psalmi CXXVIII: « Labores fructuum tuorum manducabis. »

415 Recusat respondere ad quæsitam de dicto Salomonis, quibus tamen seq. epist. satisfacit.

416 Nova expositio arithmologiæ cujusdam Salomonice.

417 Nova expositio dicti Salomonis: « Sic via mulieris adulteræ, etc. » Adulterium quid mystice significet in sacris Litteris.

418 Zelus pro gloria Dei decertans in viris sanctis.

419 Arundineus baculus Ægypti quid significet apud prophetam: Filium Dei post incarnationem mansisse incommutatam, inconfusum, et indivisum. Confer scripta Athanasii, dialogos Theodoretii, et aliorum.

420 Exhortatio ad liberalitatem in pauperes exercendam.

421 Excusat vehementiam superioris epist.

422 Contra Arianos, dicentes, Patrem Filio majorem esse. Comparatio inter quas res locum habeat, vel non.

423 Dehortatio a gula, ejusque comite libidine.

424 De moderatione in cibo et potu a monacho adhibenda.

425 Increpatio episcopi Simoniaci.

426 Christus vere dicitur semen mulieris.

427 Contra eos qui solo habitu professionem mentiuntur, tanquam histriones in scena.

428 Quomodo virtus Dei in infirmitate perficiatur.

429 Quomodo Deus sapientiam hujus mundi stultam reddiderit.

430 Admonitio quorundam, ne patriam diripere ac turbare velint.

431 Pietatis semina in natura sparsa sunt.

432 Exhortatio ad exstirpanda vitia.

433 Adversus incendia libidinum utilissimum pharmacum, ut scilicet recordatione sempiterni ignis ea restringamus.

434 Amuletum contra avaritiam.

435 De monachorum institutis.

436 Increpatio hominis deplorati.

437 « Medice, cura teipsum. »

438 Par turturum et par columbarum ex lege offerendum quid typice notarit.

439 Quomodo intelligendum sit quod Deus de sua pœnitentia super unctione Saulis dicit.

440 Expositio dicti Christi, quod pueris debeamus assimilari, Matth. XVIII.

441 Responsio ad instantiam ex superiore epistola natam.

442 Responsio ad aliam instantiam.

443 Dictum Pauli quomodo accipiendum.

444 In lege umbra fuit futurorum; in Evangelio ipsa est facies rerum.

445 De puerili institutione tam in lege quam in Evangelio usurpata.

446 Objurgatio hominis maledici, non ut oportet jejunantis.

447 De contentionibus et controversiis theologorum, ad stipendia tantum luculentiora respicientium. Responsio ad questionem de Philippo, qui in Actis apost. baptizasse scribitur eunuchum.

448 Probat ulterius Philippum illum, qui eunuchum baptizavit, non fuisse apostolum.

449 Rursus de eodem Philippo Cæsariensi.

450 Alia probatio, quod Philippus ille baptistes non fuerit apostolus.

451 Non semper cedendum ventis et tempestatibus, sed sæpe etiam resistendum.

452 Votum pacis, quod fecit Ezechias, quale fuerit.

453 Dei nomen nullum. Jesus quid significet.

454 Patris accusatio etiam vera parricidæ exitiosa est.

455 Quales opes sint Christianis noxiæ.

456 Comestatio quid, et quam vim habeat in iis qui usurpant.

- 457 Nova expositio psalmi ultimi. Confer epist. 364, supra.
- 458 Lex actionem, Evangelium etiam affectum vitiosum prohibet. Confer epist. 134 lib. IV, et epist. 79, sup. h. lib.
- 459 Linguae lapsus quam diligentissime cavendus.
- 460 Revocatio hominis Epicurei ad penitentiam tempestive agendam, respectu extremi iudicii certo futuri.
- 461 Increpatio hominis nimio corporis ornatui et studio dediti.
- 462 Commonefactio et consolatio profecturi in loca periculosa et turbulenta.
- 463 Objurgatio adolescentis luxu nimio utentis in se muliebriter comendo.
- 464 De stupri et adulterii differentia; et quod stuprum saepe non minora mala quam ipsum adulterium pariat, tametsi eo levius esse videatur.
- 465 Objurgatio hominis gulosi.
- 466 Exhortatio ad beneficentiam.
- 467 Quare exempla poenarum in sacris Litteris sint descripta.
- 468 Modestia monasticae vitae necessaria.
- 469 Per bona hujus vitae Deus nos manu ducit ad caelestia et aeterna.
- 470 « Nulli opus est probo; probrum sed inertia grande est. » Historia de Pittaco rege pistrinum suis manibus exstruente.
- 471 De servis, ut sint tractandi.
- 472 De poenis transgressorum ante et post latam legem Dei, quodque hos graviora maneat supplicia, qui post gratiam Evang. Deum irritare non verentur.
- 473 Contra Arianos de Filio Dei male sentientes.
- 474 Praestat carnes edere quam jejunio insollescere. Conf. ep. 244, et 403, sup. h. lib.
- 475 Commendatio hominis nudi, ut vestiatur ab eo qui potest.
- 476 De Deo non oportet querere: Quomodo?
- 477 Caro in sacris Litteris quam varie accipiat.
- 478 De Christo ex semine Davidis oriundo.
- 479 Contra ebrietatem et iram, quarum utraque mentem hominis de sua sede dimovet.
- 480 Correctori vitiorum nostrorum non tam succensere quam gratias agere debemus.
- 481 Admonitio de libris cum fructu legendis.
- 482 Objurgatio concussoris militis, qui stolide sese cum Davide conferre praesumpserat.
- 483 De Gigantio Cappadoce votum, quo optat ne iterum fiat praefectus Pelusiotarum, sed potius ut Cappadocibus imperet Cappadox.
- 484 Eiusdem cum superiore argumenti.
- 485 Rursus contra Gigantium Cappadocem, ne praefectura ei iterum commendetur.
- 486 Denuo de eodem.
- 487 Contra eundem Gigantium, ne iterum potiat magistratu.
- 488 « Levat labores fructuum expectatio. »
- 489 Consilium praefecto praetorio datum contra Cappadoces.
- 490 De impedienda Gigantii denuo praefecturam ambientis petitione.
- 491 Inscriptio crucis Christi quid significarit.
- 492 Admonitio de exercenda misericordia et liberalitate.
- 493 Increpatio superbi magistratus.
- 494 Collatio veteris Pentecostes cum nova, legis cum Evangelio.
- 495 De cavenda intemperantia in vino.
- 496 Increpatio persecutoris piorum, qui de Christi incarnatione male sentiebat.
- 497 Christus vere lapis angularis Ecclesiae ex Judaeis et gentibus collectae.
- 498 Admonitio de sectanea frugalitate, et insanis subtractionibus vitandis.
- 499 Contra haeresim Montani, qui Spiritum sanctum suis sectatoribus pollicebatur.

500 Refutatio Montani, et demonstratio, quod Spiritus sanctus apostolis ex Christi promissione vere datus sit in Pentecoste.

### ARGUMENTA LIBRI SECUNDI.

- EPIST. I. Quid sit loqui ad cor. « Ἡ μή διδάσκειν, ἡ διδάσκειν τοῖς ἁπλοῖς, Vel ne doceto, vel doceto moribus.
- 2 Divinae gratiae humanam industriam accedere oportet, sicut ventorum secundis flatibus labores nautarum.
- 3 Commendatio sacrarum Litterarum, et consilium, quatenus eruditio saecularis attingenda sit. Qua ratione Sapientia vinum suum miscuisse dicatur.
- 4 Duplex expositio dicti apostolici: « Habemus thesaurum in vasis fictilibus. » Contra laudes immodicas.
- 5 Eiusdem fere cum superiore argumenti, et uberior ejus explicatio: deque sacrarum Litterarum in humilitate sermonis sublimi sensu; et de apostolorum summa dignitate in summa infirmitate; et quare Deus per συγκατάθεσιν, tam simplici sermone res sublimes explicare voluerit hominibus.
- 6 Exhortatio ad patientiam Christianam, quae multo antistat philosophicae. Confer epist. 181, lib. III, et Tertullianum De patientia.
- 7 De amore temperantiae.
- 8 Virginitas non solum in corporis integritate, sed etiam in animi tranquillitate consistit.
- 9 Non satis est specie tenus virtutem colere, nisi etiam revera ac serio virtuti des operam. Conf. epist. 468, lib. I.
- 10 Dehortatio ab improbitate et Epicurismo, bonis viris perpetuam morioris causam afferente.
- 11 Aliorum rector seipsum prius regat, neque cupiditatibus suis serviat qui vult aliis imperare.
- 12 « Imbre velut plantae, sic laus sudore riganda est. »
- 13 Ad virtutis constantiam exhortatio, quam ait omnibus esse admirationi.
- 14 Exhortatio paganum magistratum ad amorem cultumque virtutis.
- 15 Ad humanitatem et clementiam exhortatio, quae iis maxime convenit qui in magistratu sunt, et qua una re proxime ad Deum accedere possunt sicut crudelitate ad feras belluas.
- 16 Quia de nemine, quandiu quidem spirat, desperandum est, et crebro fit ut homines in melius mutantur, iterum hortatur dissolutum et improbum hominem, ut ad bonam frugem sese recipiat.
- 17 Exhortatio, ut ad spem in Deum velut sacram anchoram confugiant.
- 18 Commendatio Hesychii.
- 19 Exhortatio ad contemptum rerum humanarum, et studium rerum divinarum atque caelestium.
- 20 Commendatio ἀπραγμοσύνης, seu quietae vitae, et a curiositate rerum alienarum dehortatio.
- 21 Demonstrat se muneri suo in reprehendendo improbo episcopo minime defuisse, proindeque non recte officii insimulari.
- 22 Epicurismus cum Christianismo non bene convenit.
- 23 Commendatio αὐταρχίας. Nulla re egere solius est Dei; at sapientum quam paucissimis, et ὀλιγοδείξι εἶναι.
- 24 Virtus sudore paratur, virtutem gloria comitatur. Gloria virtutis comes, est sudore paranda.
- 25 Intercessio et deprecatio pro quodam captivo.
- 26 Discipulorum officium erga magistros.
- 27 Non satis est salutem amare, nisi etiam praestes quae ad illam conducunt.
- 28 Vitiose viventium diaconorum reprehensio, et a superbia aliorumque obrectatione ad modestiam revocatio.
- 29 Exhortatio ad elemosynas faciendas, vitamque Deo impendam; et ut opes, quae nobis aliquan-



do velimus nolimus relinquendæ sunt, libenter relinquamus propter Deum, et in pauperes erogemus.

30 De contemptu rerum humanarum præ regno cælorum.

31 Desiderii amici plena epistola, cujus adventum exoptat.

32 Admonitio de cura et sedulitate officii episcopalis.

33 Collaudatio recte factorum.

34 Virtutis studium non est oblivioni tradendum.

35 Calamitosus ac miser desinit esse miserabilis, et odiosus esse incipit, si in ipsis miseriis suis non absteat a calumniandis aliis.

36 Expositio dicti prophetici de vi et efficacia prædicationis Christi.

37 Indignitas sacerdotis nihil derogat efficacie mysteriorum divinarum, sive symbolorum salutis. Deus enim etiam indignorum malorumque ministerio in bonum uti potest, et per id in animis eorum qui sacra participant efficaciter operatur. Confer ep. 120, lib. 1, et ep. 340 lib. III.

38 Objurgatio mali sacerdotis scandolose viventis.

39 Non tantum reprehensione carere, sed laude quoque abundare oportet.

40 Venti quo pacto imperandum.

41 Pœnæ tarditas gravitate pensatur.

42 Joannis Chrysostomi elogium, auctoritate Libanii sophistæ comprobatum. De differentiis generum dicendi. Confer lib. IV ep. . . .

43 Pro resurrectione corporum rationationes et demonstrationes philosophicæ.

44 Exhortatio ad eleemosynas, et dehortatio a rapinis et spoliatione pauperum. Rape, congere, aufer, posside, relinquendum est.

45 Etiam in virtutis exercitiis modus adhibendus est, τὸ γὰρ, μηδὲν ἄγαν, μὴ τέπει.

46 Quid sit respondendum iis, qui novitatem obijciunt reformatoribus religionis. Notabilis epistola, cum qua conferri possunt dicta S. Cypriani et Augustini in jus canonicum relata a Gratiano. Vid. Dist. 8, in part. Decreti. Conf. etiam Arnobium lib. 1 Adversus gentes, et Clementem Alexandr. num.

47 Quomodo intelligendum sit, quod Esau Jacob fratri primogenituræ jus vendidisse scribitur.

48 Primogeniti quidam rejecti, aliis in eorum locum successis.

49 Josephi virtutes recensentur, ob quas et patri suo et regi Ægyptio charus fuit.

50 Non debemus offendere improborum Ecclesiæ antistitem perversa vivendi ratione.

51 Adhortatio, ut qui virtuti studere cœpit, pergat bonorum morum rebus hominum amores venari.

52 Sacerdotio salva manet sua dignitas, ut maxime aliquando in indignos inciderit sacerdotes. Neque enim vitia personarum ipsi sunt ordini imputanda.

53 Contra nimium cultum et succum seminarum, quo libidini præbent incendium. Notabilis historia, de actu et dolo bono cujusdam puellæ, quæ amatorem suæ pudicitia insidias struentem eleganter elusit ac decepit. Confer cum hac epist. Tertullian. lib. De cultu femin.

54 Non succumbendum in adversis quæ pro Dei gloria sustinemus; sed animus exemplo apostolorum obfirmandus.

55 Detestatio crudelitatis adversus supplices, et commendatio humanitatis ac misericordie.

56 Cur Deus non omnia plene in hac vita nos cognoscere voluerit

57 Commendatio sobrietatis in victu, et luxur vituperatio.

58 De Paulo apostolo cupiente fieri anathema sive diris defigi, dum frutes sui Judæi servarentur.

59 Admonitio hominis perditii, sana consilia respicientis.

60 Sacerdotum avarorum objurgatio.

61 Ad gratiam Christi Salvatoris accedere debet industria humana.

62 Admonitio de servanda continentia oculorum, et vitando congressu et aspectu libidinoso seminarum. Confer ep. 89 lib. 1, et ep. 278 ac 284, infr. h. lib. II, et ep. 65, lib. III. . . .

63 De divinis oraculis, et officio interpretis illorum, ne vim ipsis afferat.

64 Contra eos qui professione Christiana indignam degunt vitam.

65 Objurgatio sacerdotis improbi, sua impietate multos corruptentis.

66 Exponitur locus psalmi LXXIII, v. 15: « Tu siccasti fluvios Æthiæ. »

67 Contra vitæ cupiditatem.

68 Exhortatio ad seipsum in virtutis studio superandum, et ad vera bona consecrandum.

69 De duobus vitiosorum sacerdotum generibus.

70 De præparatione animi ad divinam gratiam suscipiendam.

71 Rejunctio frivole excusationis, qua improbus et Simoniacus episcopus fuerat usus.

72 Docet, vitium non esse homini per naturam insitum, sed contrahi assuefactione; ideoque ex improbo virum bonum fieri posse: quod exemplis comprobatur.

73 De utilitate lectionis sacrarum Litterarum.

74 Utilitas morborum, altarumque calamitatum non postrema est, quod reprimi atque castigat superbiam, rerum secundarum comitem.

75 Objurgatio improbi et Epicurei sacerdotis.

76 De calamitatibus, quas nemo hominum effugere potest, fortiter perferendis, ne tentationibus succumbamus.

77 Sæpenumero fatum ne quidem prænuntiatum effugere homines possunt.

78 Extraneis atque ignotis benefacere major est virtus quam in propinquos et notos esse liberalem.

79 Monet episcopum, ne cesset improbum objurgare et ad meliorem frugem revocare.

80 Admonitio et increpatio improbi ac perditii hominis, ne una cum ipso alii quoque periantur.

81 Cur quidam etiam involuntariis morbis laborantes a templo per interdictum legis fuerint exclusi.

82 Contra specula androgynorum.

83 Conatur dissidentes amicos in concordiam redigere.

84 Hostes non sunt concludendi in extremas angustias ne irritati consilium a necessitate petant, et plurimum nobis noceant.

85 De duorum angelorum super Judæis ex Babylonica captivitate reducentis contentione, in historia et visione Danielis prophetæ.

86 Quare Deus non omnia peccata iisdem pœnis semper punierit.

87 Exhortatio Laconica ad pietatem et justitiam.

88 Cur Christus laudavit feminam unguentum pretiosum effundentem, et ob id ab apostolis reprehensam.

89 Exhortatio ad cultum capessendum virtutis, ostensa ejus pulchritudine, quæ vincit omnia.

90 Admonitio de cavendis hæresibus a diabolo excitatis in perniciem invictæ veritatis.

91 De Areopago, unde nomen accepit.

92 Mars ob iniectionem Halirrhothium stupratorem filie Alcippes, quam ex Agraula Cecropis filia per vim compressa susceperat, a Neptuno Halirrhothii filio capitis accusatus, ab Areopagitis condemnatus est. Indeque Ἀρετοῦ πάγο; quasi Martis vicus dictus est. Conf. Pausaniam in Atticis, et Suidam in verbo Ἀρετοῦ πάγο;.

93 Contra curiosas quæstiones de rebus captum humanum superantibus. Confer ep. 100, infr., et ep. 273 eod. lib. II, et ep. 37 lib. III. Similes sententiæ sunt apud Siracidem.

94 Rationem reddit, cur non amplius scribat ad hominem deploratum, et incorrigibilis pravitatis.

95 De iis qui lenitate vel meliores vel deteriores fiant. Exhortatio ad auidaciam interrogandi de rebus sacris.

96 De capta Babylone, quo pacto sacris Litteris conveniat cum historicis profanis, Herodoto, etc.

97 Ex confessis, non ex controversis, ad causurum decisionem procedendum.

98 Exhortatio ad virtutem.

99 De dicto Evangelii Joannis, qui librum obsignat: disputatio adversus criminationes cujusdam Judæi; liber apostoli Petri de suis actis allegatur.

100 Dehortatio a curiositate inutilium quæstionum: et philosophiæ vanæ insectatione.

101 De felicitate eorum, qui bene imperanti parent, et contra de miseris eorum, quibus injustus contigit magistratus.

102 Amor hominum ab amore Dei temperandus.

103 Quare Christus nobis suo adventu facilem effecerit victoriæ rationem.

104 In victoria cavendum est arrogantiae et socordiae malum.

105 Modesta sit, non arrogans victoria. Confer epist. 347 et 370, lib. III, necnon Ant. Guevaræ Orationem ad Carolum V, devicto Franc. R.

106 Cum labore et precibus incumbendum studio sacrarum Litterarum.

107 Ratio sensibus velut regina præsit et imperet.

108 Objurgatio hominis impudentissimi omnibusque sceleribus cooperiti.

109 Solutio quæstionis physiciæ de efficacia vini in moribus hominum detegendis. Confer. ep. 293, l. III.

110 In eos qui suis ipsorum peccatis præteritis in aliena curiose inquirunt, in illis talpæ, in istis Lyncei,

Errorum alienorum exagitator acerbus,

In culpa veniam dat sibi quisque sua.

111 De semine verbi divini dissimilibus agris cordium excepto.

112 Admonitio de officio antistitis Ecclesiæ, qui id esse debet, quod est sol mundo, oculus corpori.

113 Admonitio de cavenda avaritia et rapacitate alienorum bonorum et imitandis iis, qui suis rebus honesto labore partis sunt contenti.

114 In hominem improbum bene meritos et laudatos odio et conviciis prosequentem.

115 Contra Judæos, circumcisionem etiam in Novo Testamento retinere volentes. Et quomodo circumcisio fuerit σφραγίς sive sigillum.

116 De virtute potius quam felicitate honoranda deque festorum dierum usu et abusu.

117 De omnipotentia Dei. Quod Deus non potest mala, non est idoneum argumentum contra ejus omnipotentiam. Peccata sunt infirmitates.

118 Increpatio improbi hominis, qui per dissimulationem prudentem se corrigi non passus, etiam deterior evasit.

119 De differentia animantium, quod sit certum divinæ providentiæ argumentum. Confer Theodoretum De Providentia.

120 Oppressis ac circumventis aperiendæ, claudendarumque aures.

121 Duo cum faciunt idem. Laicus et sacerdos, non est idem. Graviora enim sunt sacerdotum peccata quam laicorum.

122 Patienter ferenda est prælatorum Ecclesiæ impietas, Deoque ut iusto atque incorrupto judici præmittenda.

123 Non peccandum spe veniæ.

124 Admonitio ad malos Ecclesiæ antistites, ut ad frugem redeant, et bene præsent.

125 Episcopatus munus, ut gravissimum ac difficilissimum, sugiendum potius quam expetendum est.

126 Admonitio de vitandis scandalis.

127 Deplorat Ecclesiæ Pelusiensis deprecationem a Martiniano factam, quem petit adigi ad rationes reddendas restituendaque ablata, et excommunicari.

128 Adulatores non minus quam plani atque imposteriores cavendi sunt.

129 Judas libertatis arbitrii sui usus sprexit omnes Christi ad virtutem exhortationes. Nemo invitus per vim salvatur.

130 Exhortatio ad misericordiam, a quo omne bonorum genus proficiscitur.

131 Virtutem sequere, vitium fugere.

132 De petulantia improborum moderate patienterque ferenda respectu passionis Christi. Confer epist. 179, lib. IV.

133 Redditur ratio de lege talionis in Vet. Testamento sancita et solvitur ἐναρτιογράμματα inter dictum legis et Evangelii de vindicta. Confer ep. 133, lib. II. Comparatio majoris et minoris inter illa locum habet quæ ejusdem sunt classis. Melior est virginitas matrimonio. Confer. ep. 351, lib. III.

134 Spes inconcessas et inania vota relinque.

135 Homo sæpe non solum similis est bestiæ, verum etiam quavis fera bellua deterior evadit.

136 De magistratu recte administrando.

137 Cum sit Providentia, qui fiat, quod sæpe bonis male, et malis bene sit. Confer Senecam De Providentia c. 1 et 2; Augustin. De civit. Dei lib. XX, cap. 1; Salvian. lib. I De Provid.

138 Expositio dicti Paulini I Cor. IX, 20: « Et tunc Evangelium eundem habet auctorem. »

139 Quærela de interitu charitatis et abundantia iniquitatis.

140 Increpatio ejus qui alterum criminatur ac tradit ob scelera, quibus isdem ipsemet est obnoxius. Confer ep. 390 et 437, lib. I.

141 Quantum sit periculum, aliter vivere quam doceas, et cum a sermone vita discrepat.

142 De Deo uno in essentia, et trino in personis.

143 De mysterio sacrosanctæ Trinitatis ne quidem Vet. Testamento et Philoni Judæo plane incognito. Confer Ludovicum Granatensem.

144 Expositio dicti Christi Matth. XIII: « Afri centum, alius sexaginta, alius triginta, » etc.

145 Peccata non debemus inficiari, sed pœnitentia curare.

146 Contra opum sitim, sive περί ἀρετῆς, καὶ τοῦ μὴ εἶναι ἐργῶν χρημάτων. Expositio elegans sententiæ Demosthenicæ, quod omnino opus sint opes, ut sine quibus nihil quod opus sit fieri possit. Confer. ep. 149, inf. h. lib. II, et ep. 217 et 412, lib. III.

147 Antithesis bonorum et improborum virorum, atque ad illorum imitationem exhortatio. Confer. ep. 240. Vid. inf. lib. II.

148 Bonis studendum moribus, ut qui sint quorvis jurejurando efficaciores ad faciendam fidem, et amorem conciliandum.

149 Gaudet epistolam suam priorem fuisse gratam. Intelligit illam bene longam sup. n. 146, h. lib. II.

150 Expositio dicti Christi de ostentatione pharisaica.

151 Consolatio in morte fratris, cujus virtutes omni laude majores prædicantur. Confer. ep. 156, inf. h. lib.

152 De vulneribus animi recte curandis.

153 Hominum perditorum ad vitæ emendationem rocatio. Confer ep. 247, lib. III.

154 Laus et virtus perspicuitatis.

155 Laus Timothei. Confer ep. 151, h. lib. III.

156 Contra eos, qui in ædibus ornandis occupantur, totique sunt; animæ suæ cura neglecta.

157 Cum nihil non eorum, quæ prædixerat Christus, eventum haberit, non est etiam de extremo judicio dubitandum, quin certo id futurum sit præsertim cum hoc etiam rationi et multorum hominum extra Ecclesiæ opinionibus consentaneum sit, a quibus illa erant remotiora quæ evenerunt. Confer ep. ult. lib. II.

158 Admonitio de lingua refrenandâ, quam negat regi fato. Tempus rotæ simile, et annus coronæ. Conf. ep. 1 lib. iv, ubi hoc latius explicatur.

159 Collaudatio hominis ad recta studia conversi.

160 Contra eos qui Dei lenitate et clementia abutuntur, ut inde non meliores, sed seipsis deteriores fiant.

161 Athletas Christiani debent imitari in certaminibus rite aduendis. Confer Augustin. De agone Christi cap. 6.

162 Etiam de malis sacerdotibus non est male loquendum.

163 Admonitio de adversario in reprehensione, quamvis promerita, moderate tractando.

164 Hominum socordia fit ut diabolus, quamvis victus atque prostratus a Christo, tamen multos mortales vincat, secumque in exitum pertrahat. Confer epistolam 228 lib. iii, et Augustin. De temp. serm. 157.

165 De vitæ humanæ vanitate et miseriis.

166 Cur Christus reprehenderit mulieres, quæ ipsum commiseratione prosequantur cum ad crucem proficisceretur. Confer epist. 285 h. lib. ii.

167 Quales sermones, tales mores.

168 Paupertatem non esse probrosam. Confer Joan. Stobæum...

169 Coronarum mundanarum et cælestium longe dispar est ratio.

170 Cohortatio ad perseverantiam in bono.

171 Increpatio flagitiosorum hominum, et ad meliorem frugem revocatio.

172 Calix in sacris Litteris sæpe significat pœnam cuique delicto attemperatam. Confer ep. 6 lib. i.

173 Christus quare steterit cum esset Lazarum in vitam revocaturus, quem tamen non desleverat mortuum.

174 Qui fiat quod, cum omnes probent virtutem, et improbent vitium, etiam improbi, tamen huic plures sint dediti.

175 Exempla et similitudines quatenus sint intelligendæ, vel repudiandæ. Confer epist. 107 et 267 lib. iii.

176 Musicæ vis atque efficacia in animis hominum.

177 Expositio loci Danielis proph. cap. iv.

178 Confirmatio Pii episcopi in suo instituto improbos corrigendi.

179 De calamitatibus, quæ sæpenumero etiam bonis viris accedunt, quod non debeant accipi pro argumentis scelerum, sed pro exploratione virtutis. Confer lib. i ep. 335, et 205 lib. iii.

180 Sit vita sermonis comes boni proba.

181 Objurgatio ejus, qui monitorum immemor in amicis injurius fuerat.

182 Elicit confessionem diffamati de flagitiis.

183 De virtute loqui facile est; ut vivere recte, hoc opus, hic labor est.

184 Haudquaquam est homini virtus mercede colenda. Mercedis sola est nam satis ipsa sibi.

185 Objurgatio improbi sacerdotis.

186 Deus, quamvis incomprehensibilis sit, tamen in mente casta et pura sedem habere gaudet.

187 Remedium vulneris ab auxilio divino petendum est.

188 Quantum inter leges divinas et humanas intersit.

189 Remedium contra iram.

190 Castigatio animi elati in rebus secundis.

191 Contra superbiam.

192 De mysterio Incarnationis Filii Dei.

193 Turpitudinis suspicio, judicatio et deprehensio qualis sit.

194 Ingratissimi sunt omnium mortalium, qui criminantur eos quibus gratiam habere conveniebat.

195 Neque omnia neque nulla Veteris Testamenti dicta de Christo accipere oportet. Confer ep. 539 lib. iii et lib. iv.

196 Testamentum in sacris Litteris significat

factum sive promissionem, et quare, sive de differentia inter συνθήκας et διαθήκας.

197 De judiciorum perversitate et socordia.

198 Regnum Christi simile grano sinapis.

199 Comminatio pœnarum, quæ improbo episcopo impendeant, indignos ad sacrum ministerium promoventi.

200 Impius sacerdos non tam sacerdotio suo quam sibi ipsi nocet. Nec propter vitia personarum ipse ordo seu munus in crimine vocari debet. Sacerdotium magis est λειτουργία quam ἀξία, magis onus quam honos.

201 Virtus est instar fundamenti; logica ornamentum philosophia seu rerum contemplatio coronidis loco et fastigii accedit. Sola autem pietas proprie est sapientia vera.

202 Venia est peccatorum; laus et gloria recte factis debetur.

203 Increpatio hominis improbi, comminatione divini iudicii, quod Plato quoque agnovit.

204 Cur jucunda libentius quam idonea audiantur.

205 Objurgatio improbi ac perditii sacerdotis, qui nullam suæ dignitatis rationem habet.

206 Rerum pulcherrimarum laudatio.

207 Justis iudex quis sit.

208 Contra sacerdotes qui aliter vivunt quam docent, quantæ illos pœnæ maneant.

209 Quantum a vitiosis sacerdotibus mali importetur in vitam humanam.

210 Modeste recusat nimias laudes, quæ oneri esse consueverunt laudatis.

211 Divina mysteria cum indignis non sunt communicanda.

212 De tempore resurrectionis Christi triduo. Confer ep. 114 lib. i.

213 Falsæ atque inanæ sapientiæ ethnicorum cum vera ac simplici Christianorum comparatio.

214 Eleemosyna quomodo danda.

215 Gravius peccat, qui persuasionibus inducit puellam ut in stuprum consentiat, quam qui vi eam compresserit.

216 Deum politici ordinis in genere humano auctorem esse, tametsi nonnunquam malos magistratus non tam ordinet quam permittat.

217 Admonitio de vitandâ injustitia metu pœnæ divinitus insigendæ.

218 Omnia boni divinæ gratiæ ascribenda sunt.

219 Admonitio de non ulciscendis injuriis, etiamsi facultas adsit vindicandi. Confer epist. 11 lib. i, et ep. 7 lib. iii.

220 Ex laudibus, quæ viris bonis ascribuntur, triplex fere utilitas oritur.

221 De improbitate Eusebii per antiphrasin sic appellati, quod non perpetuo impune ei sit futura.

222 Dei lenitas ad penitentiam et vitæ emendationem invitat.

223 Exaggeratio suppliciorum in extremo iudicio irrogandorum a multitudine spectatorum et conscriptorum.

224 De invidia viribus prudenter toleranda.

225 Deo omnis recte factorum laus transcribenda est, nec propriis viribus confidendum.

226 Ab improbis vituperari et infestari certum est probitatis argumentum.

227 Virtutem honorari lætantur probi.

228 Contra divinationem, quæ magno apud ethnicos in pretio erat, cum tamen esset plena nugarum. Testimonium ab hoste plurimum habet auctoritatis.

229 Veritatis desertor malum facit exitum.

230 Increpatio hominum Epicureorum.

231 Collaudatio hominis virtute præditi.

232 De vera fictaque modestia.

233 Avaritiæ descriptio, tanquam insatiabilis et crudelissimi cujusdam monstri, vel hydræ, vel Briarei, vel Scyllæ.

234 Contra eos, qui sacerdotium in tyrannidem convertunt.

- 235 In doctore Ecclesiae conjunctim requiruntur, et vitæ sanctimonia, et doctrine eruditæ jucunditæque copia.
- 236 De Josephi castitate et periculis, quæ in illa conservanda subit.
- 237 De libertate orationis doctore Ecclesiae conveniente.
- 238 Pars sanitatis est nosse ægritudinem. Morbum at suum qui ignorat, haud sanabitur.
- 239 De ira, qualis esse debeat, et ubi locum et quam utilitatem habeat. Expositio loci ex psalm. 17, 5. Confer ep. 189, supr. et ep. 208 lib. III.
- 240 Præclara virtutis et voluptatis vitiorum comparatio, qua adversus falsam vulgi persuasionem demonstratur, in vitiis plus molestiarum inesse, quam in ipso virtutis cultu. Confer epist. 67 et 147, h. lib. II.
- 241 Christianorum propria virtus ex diversis componitur ac temperatur.
- 242 Bellum cum vitiis ita suscipiendum ac gerendum est, ut nostræ curæ diligentique auxilii divini fiducia adjungatur. Confer ep. 2 h. lib. II.
- 243 Evangelica lex non modo manum, sed animum quoque cohibet, providens magis ne vitia nascantur, quam ut admissa puniantur.
- 244 De Zosimi stupore improbitatis plane incurabili.
- 245 Recusat laudare virum omni laude majorem.
- 246 Reprehensio improbi episcopi, qui Ecclesiae securus in templis extruendis totus est, cum tamen Christus non parietum sed animarum causa in mundum, venerit, hoc est non templorum sed Ecclesiae, qui est cætus sanctorum, ex fide recta et optima vivendi ratione collectus.
- 247 Orare in magnis et voluisse sat est.
- 248 Reconciliatio amicorum dissidentium.
- 249 Deo per omnia obtemperandum.
- 250 Præstantis viri germanum dici discipulum quam cognatum esse, major laus est.
- 251 Apostoli quibus artibus instructi vicerint mundum; nempe sermone fide digno et auctoritatis pleno; deinde vita ac moribus sermonis consentaneis.
- 252 Increpatio perditorum hominum. Confer ep. 266 lib. III, quæ est plenior.
- 253 Improbis divina mysteria non sunt revelanda; sed ipsi potius ad meliorem frugem revocandi.
- 254 Contra depravatores sacrarum Litterarum, qui eas cogunt loqui quod ipsis placuit. Confer Hilarium... et Isid. ep. 63 h. lib. II, et ep. 125 et 292 lib. III.
- 255 Contra sophistas.
- 256 Objurgatio hominis ignavi et otiosi adhibita auctoritate Platonis, qui virtutem sudore parandam esse scripserit.
- 257 Contra avaritiam et injustitiam.
- 258 Contra eum qui potius ab erronea vulgi opinione pendet quam veritatem spectet.
- 259 Christiana religio etiam improbis jubet benefacere, non tantum injurias ab ipsis illatas æquo animo ferre.
- 260 Boni sacerdotis sive episcopi cum bono rege collatio, quo pacto uterque cum diversis subditis diversimode agat.
- 261 Improbi hominis ad meliorem mentem revocatio, mentione pænarum vel in hoc vel in altero sæculo suscinendarum.
- 262 Collaudatio hominum de victoria rebus honestis inter se certantium.
- 263 De castitate Josephi, qui nihil præter peccatum grave ducebat. Confer ep. 236 h. lib. II, et Tertull. De spectaculis, cap. 26.
- 264 Sacerdotium nemo expetat, nisi prius bene paruerit ecclesiasticarum sanctionum imperiis: sicut nemo tribuni militum aut imperatoris munus ambire debet, qui non ante boni militis laudem obtinuerit.
- 265 Contra avaritiam.
- 266 Deus ad civitatem omni studio contententes adjuvat ac provehit
- 267 Scilicet in vitiis vincendis summa voluptas. Confer ep. 147, et 240, 250 sup. h. lib. II.
- 268 Qui vincit eum a quo alii omnes sunt superati, is omnes scilicet vincit.
- Si te vincentem devicero te quoque vincam.
- 269 Pauperis non misereberis in judicio. Confer ep. 251 et 277. h. l. et ep. 250 lib. III.
- 270 Nequando ὑπόκριται, in sacris Litteris idem significare solet quod fortasse, vel si forte; et spem, non ablationem, pœnitentiæ denotat. Æquipolet igitur his: τῆς οἰδῆς εἰ. Quis scit num. Item τῶς. Vid. Daniel IV, et Jonæ III.
- 271 Quid sibi velit præceptum, « Non misereberis pauperis in judicio. »
- 272 De quæstione discipulorum et responsione Christi: An cæcus natus, an ejus parentes peccarunt. Joan. IX.
- 273 Epistola Socratica a curiositate quæstionum ad curam bonorum morum vitæque probitatem homines revocans. Confer epist. 93 et 100 h. lib. II.
- 274 Contra eos qui patriarcharum sanctorum polygamiam suis obtundunt libidinibus.
- 275 Orationis et operis pulcherrima est conjunctio. Sed si alterutra harum rerum candendum sit, præstat illius quam hujus defectu laborare. Confer ep. 293 h. lib. II, et ep. 40, 120, 362 lib. III, et Augustin. serm. 3 de verbis Domini.
- 276 Improbos sua pœna manet.
- 277 Pauperis commiseratio in judicio prohibita; ergo multo magis divitis litigantis.
- 278 De libidinoso seminarum aspectu vitando. Confer ep. 89 lib. I et ep. 11; item ep. 65 lib. III.
- 279 Divinum judicium nemo eludere, nemo effugere potest aut fallere; quod etiam apud Platonem agnovit Socrates, cujus dictum quoddam hic refertur, et cum Paulino confertur.
- 280 Tentationes quo pacto ferendæ et cum Deo superandæ sint.
- 281 Commendatio orationis Dominicæ, et quartæ petitionis sensus spiritualis.
- 282 Improborum maledicta et calumniæ bene concitiis parvi faciendæ sunt.
- 283 Dum furor in cursu est, currenti cede furori.
- 284 Contra eos qui se aspectu crebro mulierum nihil lædi jactant.
- 285 Responso ad quæstionem: Quare Christus objurgavit mulieres, quæ luctu ac lacrymis ipsum in via ad crucis supplicium prosequabantur. Confer ep. 166 h. lib. III.....
- 286 Exhortatio ad virtutem, omnibus rebus pretiosissimis præstantiorem et durabilem, cum cætera omnia caduca et mortalia quæcunque a mortalibus magni sunt.
- 287 Ubi non est peccatum (ut in Christo non fuit), ibi neque mors quidquam juris habet.
- 288 Legis et Evangelii differentia.
- 289 Consilii unaquæque res non eventis metienda est. Confer epist. 335 lib. I, et ep. 179 hoc lib. II, et epist. 305 lib. III.
- 290 De officio sacerdotum. Confer August. ep. 180 ad Honoratum, et Vita Aug. cap. 30.
- 291 Vera nobilitas, a bonis moribus et virtute orta, emptitiæ nobilitati virtute vacuæ longe anteferrî meretur.
- 292 Quibuscunque sis natalibus ortus, arrogantiam modestiæ capistro reprime, ne tanti morbi vestigium in te appareat.
- 293 Non verbis sed factis philosophandum. Confer ep. 182 et 183, et 275 h. lib.
- 294 Nihil fortuito nobis accidit, et Deus pœnas peccatorum in bonum convertit electis. Confer ep. 332 lib. III.
- 295 Hominum flagitiosissimorum objurgatio.
- 296 De insolentia ac petulantia hominis elati patienter ferenda.

297 *Increpatio hominis super illatis contumeliis ex intervallo indignantis, quos tamen dum inferrentur, patienter tulit: et exhortatio ad perseverantiam in patienter ferendis improborum contumeliis.*

298 *Hominiis flagitiis objurgatio, et ad virtutem colendam revocatio.*

299 *Quælis de Deo doctrina et fides necessaria sit, et in sacris Litteris ubique inculcetur.*

300 *Et omnis alia ars et in primis virtus crebris exercitiis tum paratur, tum servatur, socordia vero negligentiaque amittitur. Confer. ep. 96 lib. III.*

### ARGUMENTA LIBRI TERTII.

EPIST. 1 *Admonitio hominis profigati ac perditii, ut vel hominum causa si non Dei respectu, ad frugem redeat,*

2 *Extremi iudicii meditatio a flagitiis unumquemque absterere debet.*

3 *Etiam eum qui non aperte sit adversarius, pro amico habendum.*

4 *Stellæ apud Danielelem et alibi in sacris Litteris quid significent.*

5 *Ecclesia adversus omnes hostes manet invicta.*

6 *Divina auctoritas omnibus probabilitatibus superior est.*

7 *Injuriam quomodo sunt ferendam. Confer ep. 41 lib. I.*

8 *Mærore affecti non nihil levantur, si querelis apud amicos suas calamitates, quibus anguntur, egerant; ideoque patienter audiendi sunt.*

9 *In iudice quid requiratur. Conf. ep. 175 h. lib. III.*

10 *Urim et thumim, sive ὄφθαλμοὶ καὶ ἀλφειὴ in ornatu summi sacerdotis quid denotent.*

11 *De mulierum fugiendo aspectu. Conf. ep. 278 lib. II.*

12 *An etiam mulier peccet libidinoso viri aspectu. Viris data præcepta sæpe, et regulariter quidem etiam ad mulieres pertinent.*

13 *De legibus divinis partim communibus utriusque sexui, partim propriis alterutri.*

14 *Περὶ ὀνειρωγμῶν θαρσαῖας ἀπολογία.*

15 *Peccatum ex dignitate peccantis augetur secundum illud poetæ:*

Omne animi vitium tanto conspectius in se  
Crimen habet, quanto major qui peccat habetur.

Conf. ep. 124 lib. I.

16 *Pietatis mensuram continent animus et vires offerentis.*

17 *In eos qui sacerdotia pecuniis vel emunt vel vendunt.*

18 *In deitate nihil prius aut posterius est. Confer ep. 63 h. lib. et Symbolum Athanasii.*

19 *Judæi ex ipsorummet scriptoribus, Philone et Josepho, refutandi. Id quod præclare præstitit Joan. Chrysostomus in libris Contra Judæos. Confer epist. Iudori lib. IV.*

20 *Sacerdotii summa dignitas. Confer Ignatium ep. ....*

21 *Major seges sunt gloriæ pericula.*

22 *Anima jam diu salva est, quando præsidio divino munita fuerit.*

23 *Contra corruptorem ac sollicitatorem animi.*

24 *Avaritia in herba extinguenda est, et radicitus extirpanda hæc malorum radix.*

25 *Omnia ad Ecclesiæ ædificationem dirigenda sunt potius quam ad nostram gloriam.*

26 *Providentia asseritur: fatum refellitur. Conf. lib. II epist. 137.*

27 *De sacrosancta et individua Trinitate. Nota hic regulam catholicam contra varios hæreticos et Judæos. Confer ep. 112 infra h. lib.*

28 *Ex certis iudicium ferendum de incertis. Nota opt. regulam iudicii, et conf. ep. 97 lib. II.*

29 *Simile simili gaudet, et*

*Noscitur ex socio qui non cognoscitur ex se.*

30 *Vere gloriosa victoria est, virtute præstantissimos vincere.*

31 *Quod Filius Dei non sit crentura contra Arianos. Confer ep. 58 h. lib., et Augustini ep. 174. Nota hic ad quem iudicem controversiarum sit consurgendum.*

32 *Admonitio saluberrima de deponendo cavendoque fastu, respectu et consideratione fragilitatis humanæ et potentiæ divinæ.*

33 *Peccati gravitas plumbea apud Zachariam in visione prophetica ostensa, c. v. 7.*

34 *Ambitio vitanda est, et Dei potius quam nostræ gloriæ studendum est.*

35 *De Chæremonis, Zosimi et Maronis improbitate propemodum deplorata.*

36 *Ipsa quidem est virtus sibi met pulcherrima*

*[merces: Magnum autem improbitas supplicium ipsa sibi.]*

37 *Socratica insectatio philosophorum, qui, neglectis dogmatibus, quæ ad mores bonos faciunt; tota vita occupantur in iis obscuritatibus naturæ, quæ nec ullum exitum et usum exiguum habent. Confer epist. 95 et 100, et Philonem.*

38 *De luctu in publicis privatisque calamitatibus.*

39 *Homines impuri et improbi de rebus divinis disserere non debent. Confer ep. 49, infra, h. lib. III et lib. IV.*

40 *Integritas morum antequam eloquentiam. Confer ep. 275 et 293 lib. II, et ep. 120, infra h. lib.*

41 *Eloquentiæ conjungenda est suavitas, comitas ac facilitas morum.*

42 *Eloquentia vera quænam sit, videlicet quæ animi sensa perspicuis verbis effert; non quæ sublimibus, et grande sophos spirantibus, verbis etiam res per se dilucidas obscurat.*

43 *Invidiæ malum ne beneficiis quidem mitescit.*

44 *Mitigatio ac refrenatio iræ et indignationis adversus improbos atque ingratos conceptæ.*

45 *Amici veri ac sinceri imago.*

46 *Cum muliere menstru fluxu laborante non congregiendum. Confer ep. lib. II, et ep. 411 h. lib., et lib. IV ep. 117 et 141.*

47 *Fugienda est improborum consuetudo, ne aut nos ipsis odio simus, aut ipsi nobis scandalò. Confer ep. 29 h. lib.*

48 *De servanda modestia et humilitate, cavendaque superbia et fastu.*

49 *Homo vitiosus de virtute ne disputet, quia μῦρον δοχεῖον σαπρὸν οὐ πιστευέται. Confer ep. 29 h. lib.*

50 *Adversus insolentiam et animi elationem προφυλακτικόν. Mortis meditatio antidotum est superbiæ.*

51 *Duplex interpretatio loci ex psalm. cxxxi. (Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena?)*

52 *Admonitio de cavenda superbia respectu mutabilitatis rerum humanarum.*

53 *Evangelica dogmata legalibus præceptis multo perfectiora sunt. Expositio dicti Paulini. Eph. II, 15.*

54 *Admonitio de resipiscentia vel senectutis intuitu præstanda.*

55 *Admonitio de errore corrigendo, et veritate amplectenda.*

56 *De supplice, a quo læsi sumus, in gratiam recipiendo.*

57 *De orationis brevitate aut prolixitate, quomodo utraque æstimanda sit.*

58 *De arcana et ineffabili generatione Filii Dei τοῦ λόγου. Confer epist. 31 h. lib., et inf. ep. 355, quæ huic gemina et paulo plenior est; et Augustin. sermon. 190 De temp; item Gregor. Nazianz. τῶν ἀπορρήτων λόγων. B.*

59 *Objurgatio hominis adversus benefactores suos scelerate ingrati.*

60 *Opportunitatem cuiusque rei non oportet negligere, ἀλλ' ἀγοράζεισθαι τὸν καιρὸν. Confer ep. 170, inf. h. lib.*

61 Objurgatio hominum perditorum et prostigatorum.

62 Admonitio ad hominem qui post laudationem sui degeneravit, ut ad virtutem, a qua descivit, redeat. Confer sup. ep. 202 lib. 1, et ep. 4 lib. 11. Sic Chrysostomus : *κενοδοξίας τροφή τιμὰ καὶ ἐπαίνοι.* Nec de nihilo dixit vetus quidam Pater : *Θι ἐκατινοῦντες με, μαστρυοῦσι με.*

63 Contra hæreticos, qui Filium Dei Patre posteriorem esse contendunt. Divinitatis propria est æternitas. Confer ep. 18 et 149 h. lib. 11.

64 Patienter ferendum, si adversus lenitatem nostram armentur atque insurgant improbi, quibus bene cupientes bonum dedimus consilium.

65 Veritas omnibus rebus antiquior esse debet, quæ ornamento est omnibus artibus et disciplinis.

66 De non aspicienda muliere ad incendium libidinis : idque non solum ob interdictum sacrarum Litterarum, sed etiam propter exempla ethnicorum. Confer ep. 62 lib. 11...

67 Objurgatio et revocatio ad pœnitentiam, hominis in malitia obstinati atque obdurati.

68 Contra eos quibus pontificium sive sacerdotium est materia superbiæ.

69 Admonitio de studio humilitatis et fuga superbiæ.

70 Querelæ de homine deploratæ atque incorrigibilis malitiæ.

71 Deus non solum est misericors, sed et justus ac severus vindex. Quapropter serio respiscendum est.

72 Verum imperium est, quo parentes sive subditi gaudent, non quo premuntur inuiti.

73 Objurgatio ejus qui in vita flagitiosa tamen gaudet sibi salutem polliceri a sola fide, quæ quidem minime vera est fides, sed inanis persuasio. Confer lib. 14. . .

74 Justi imperii et tyrannidis differentia.

75 Expositio dicti Paulini Rom. xii : De hostia, quam unusquisque Christianus Deo immolare debeat ; et quatenus quilibet Christianus sit sacerdos, nempe ut corpus suum domet imperans vitium, et castitatis templum id efficiat.

76 De divortio et adulterio, et hujus cum aliis vitiis conjugum comparatio.

77 Qua ratione corpora nostra post resurrectionem spiritualia sint futura, teste Paulo I Corinth. xv. Confer Augustin. De Agon. Christ. cap. 52.

78 Expositio dicti Jobi, cap. xxix, 25 : « Rex eram inter monoxonos. »

79 Veritati potius quam gloriæ studere debet vir doctus.

80 Objurgatio hominis perditæ, et ad respiscendum cohortatio argumentis senectutis, quam brevi sit mors secutura. Confer ep. 54 h. lib.

81 De affectibus qua vitiosis qua laudabilibus : *πάθη* etiam in bonam partem usurpari, probatur auctoritate Demosthenis Josephi et Philonis.

82 Timothei laus, et Eusebii vituperium.

83 Animi pulchritudinem per calamitates immutari non oportet.

84 Interdictum vestis lineæ et lanæ. Deuter. xxi, 11, etc. ; quid sibi voluerit, nempe cultus simplicitati studendum rejectum omni superfluitate.

85 Κατὰ τῶν σιτοκαπῆλων. Adversus Dardaniorum inexplibilem avaritiam.

86 Admonitio de librorum serie conservanda.

87 Veræ et stabilis amicitia fundamentum. Amoris animorum et corporum insigne et ingens discrimen.

88 Contra eos qui, sub pretextu curæ pauperum, suum gerunt negotium, et privatis student utilitatibus. Confer ep. 11 h. lib.

89 De supputatione lxx hebdomadum Danielis, cap. ix.

90 Revocatio hominis perditæ ad respiscendum. Confer ep. 400 h. lib.

91 Laus Timothei episcopi.

92 Aliter philosophi, aliter grammatici appellant homonyma.

93 Boni quod in Deo, et quod in hominibus, discrimen. Confer ep. 117 h. lib.

94 Locus Deuteronom. xviii, de Jesu Christo interpretatus contra perfidiam Judaicam, qui de Jesu Nave seu Josua eum exponere conabantur. Confer Eulogium avd Titium in Biblioth. pag. 466 edit. August. et Origenem Homil. 1, in Jeremiam.

95 Imago et similitudo Dei in homine qua in re consistit ; deque imperio in omnes terrenas homini divinitus concessio.

96 Dicendi facultas, et cæteræ artes, maxime aliter atque augetur exercitiis. Confer ep. ult. lib. 11, ubi de virtute, et ep. lib. 14, ubi de memoria.

97 Admonitio de emendanda vita.

98 Collaudatio et cohortatio ad strenuè pergendum in bono proposito et via virtutis. Confer epist. 114 h. lib.

99 Cum mala sint vicina bonis, errore sub illo Pro vitio virtus crimina sæpe tulit.

100 Miseri sunt non qui injuriæ patiuntur, sed qui faciunt, aut qui injuriam non ferunt eleganter, scite ac patienter. Confer ep. 225 et 390 h. l.

101 Contra metum paupertatis, in qua nullum est probrum.

102 Ob fortunam nemo laudari meretur, sed ob virtutem. Illa enim in arbitrio hominis non est, sicut ista, quamvis dicitur. « Sapiens sibi fortunam fugit moribus »

103 De improborum inter sese adversus bonos viros conspiratione, quamvis aliis in rebus summe sint discordes.

104 Non quævis hominum digna est victoria laude : Civili bello non res funestior ulla est.

105 Objurgatio hominis ingrati et feris bestiis deterioris.

106 De verbo Dei scripto et non scripto, ejusque studio aut neglectu.

107 Homo etiam dicitur a Christo semen in expositione parabolæ evangelicæ. Notetur hic insignis regula de parabolarum explicatione et accommodatione. Confer ep. 175 lib. 11, et ep. 267 h. lib.

108 De homicidæ involuntarii exsilio temporali atque expiatione.

109 Summi sacerdotis mors et per eam contingens exsilibus restitutio typus fuit Christi veri redemptoris et liberatoris a peccatis.

110 Quid sit Sabbatum deuteroproton Matth. xxviii, quid Sabbatum sabbatorum.

111 Contra sacrilegos pauperum spoliatores. Confer ep. 88 et 277 h. lib.

112 Defensio sanctæ Trinitatis adversus gentiles, Judæos, et Arianos. Confer ep. 27 h. lib.

113 Increpatio hominis garruli ac maledici.

114 Collaudatio boni viri et episc. Confer ep. 98 h. l.

115 Cur Josephus unum ex omnibus fratribus Simeonem pro obside retinuerit.

116 De periculis, quæ et quatenus sint laudanda.

117 Præ divina bonitate humana omnis bonitas malitia est existimanda. Confer ep. 93 h. l.

118 Orationis, virtutis, et pietatis inter se comparatio.

119 Expositio dicti Christi Joan. x, 8 : « Omnes qui venerunt ante me fures sunt et latrones. »

120 Oratiois et operis pulcherrima *εὐνοία* ; sive biga est. Confer ep. 275 lib. 11, et ep. 123 infra h. lib.

121 De laudabili mediocritate in admonitionibus et objurgationibus servanda, quæ sit inter contumelias et adulationem interjecta.

122 Cum Christus dixerit, Neminem suæ manui pios erupturum, qui fiat quod tam multi pereant tamen.

123 Præstat simplex ac rudis infantia cum probitate vitæ conjuncta ezimiam facundiam, sed cum qua conjuncta sit flagitiosa atque impura vita.

124 De cavendis turpibus studiis et pravis sodalitiis.

125 De falsa interpretatione sacræ Scripturæ. Confer ep. 254 lib. II, et ep. 63 et 135 h. lib., et Hilarium l. I De Trinit.

126 Diversitas olympicorum certaminum et agonis spiritualis. Confer ep. 169 lib. II.

127 De sacerdotii sublimitate et præstantia non cuius temere capessenda. Confer ep. 52 et 200 lib. I.

128 De pœnis Judæorum ob contemptum et occisum Christum. Confer ep. 17 l. II et l. IV. . . .

129 Uno a Deo mæror fugari omnis potest.

130 Quam varia de Christo absque omni contradictione prædicentur.

131 Exhortatio ad lenitatem benignitatemque in eos a quibus læsi sumus. Virtus est mediocritas. Confer ep. 321 h. I.

132 Modesta recusatio laudum Hermogenis prædicandarum, ut quæ captum et angustias suæ mentis excedant.

133 A vitiosis immunem esse, et imperare turbulentis animi motibus, ea demum vera est libertas, id demum verum est imperium. Cætera vero umbræ et somnium et vana nomina sunt, quæcunque imperia et opes existimantur aut nuncupantur.

134 Increpatio impuri sacerdotis.

135 Refutatio fatalis necessitatis, quam pluribus argumentis refellit. ep. 154 et 191 h. lib.

136 Admonitio de vera interpretandi ratione, ut diligenter attendatur ad rem qua de agitur unoquoque sacræ Scripturæ loco, nec inciviliter atque imperite particula aliqua excerpatur. Aurea plane regula, quæ utinam ubique fuisset ab omnibus observata. Minus fortasse controversiarum haberemus. Confer ep. 125 h. lib. . . .

137 De adulatione et metu vitando, virtuteque colenda.

138 De officio pietatis erga Deum pariter et homines colendo.

139 Contra eos qui putabant Danielelem ejusque tres collegas Chaldeorum disciplina institutos fuisse.

140 Exhortatio ad commiserationem et beneficentiam erga pauperes.

141 Filius Dei cur appellatur Verbum.

142 Bonæ famæ studendum, absque ambitione tamen atque ostentatione.

143 Forma bonum fragile est, quantumque accedit ad annos,

Fit minor, et spatio carpitur ipsa suo.

144 Virtus est vitium fugere, et sapientia prima Stultitia caruisse.

145 Amicitiam pestis adulatio et inæqualitas.

146 Laus Timothæi seipsum semper superare contendens in studio virtutis.

147 Sursum, anime, specta; terrena ac spernito  
[cuncta,

Voce illuc Christus te vocat ipse sua.

148 De tyrannide et impotentia perturbationum animi reprimenda.

149 De sacrosanctæ et individuæ Trinitatis eternitate et æquali dignitate. Confer ep. 143 lib. II, et ep. 27, 31, et 112 h. lib.

150 Cohortatio episcopi, ut officio suo recte fungatur.

151 Describit notas ingenui et contra servilis animi.

152 Investigatio rationis, cur in communi peccato idololatriæ sola sit punita Maria Moysis et Aaronis soror. Num. XII.

153 Querela de improbitate Zosimi et complicitum ejus Pulladii et Maronis.

154 Præclara disputatio, Providentiæ divinæ assertrix, et Fati Fortunæque oppugnatrix. Confer ep. 155 et 191 h. lib.

155 Contra gulam et luxuriam.

156 Diabulus quam varie homines tentet ac seducat, tametsi animorum cogitationes introspicere non possit.

157 Non peccandum spe pœnitentiæ et veniæ, sicut nec vulnus spe sanationis accipiendum. Præstat enim intactam cujusque innocentiam conservare, quam post eam vulneratam remedium quærere: cum semper etiam post sanationem cicatricæ remaneat, et ad sanationem ipsam non sine maximis difficultatibus perveniatur.

158 Non tam ratione quam opere philosophandum, et fides hominibus facienda est. Confer epistolam 189 et 362 h. lib.

159 De zelo Phinees pro gloria Dei stupratorem cum scorto occidentis, Num. XXV, psal. CV.

160 Divina providentia ex malis inextricabilibus liberare potest: id quod Abrahami exemplo satis comprobatur.

161 Explicatio loci Danielis c. V, 5, de manu in pariete scribente.

162 Exhortatio ad modestiam et cautionem in recte actis adhibendam.

163 Sanctitati mentis et castitati corporis pariter studendum, sine quibus dotibus nulla Deo placet oblatio, nulla victima, quantumvis pretiosa. Confer ep. 75 h. lib.

164 Objurgatio hominis asperi et crudelis.

165 De sententia Paulina Gal. I, 8, qua dicit anathema, sive diris defigit eos qui res novas in prædicatione Evangelii moliri præsumperint.

166 Christi eadem cum Patre gloria: eadem ergo et potentia est.

167 Contra avaritiam inexplebilem.

168 Qui facit officium Deus hunc non deseret unquam.

169 Omnibus est virtus anteferenda bonis.

Confer Plautum. . . .

170 Opportunitas in unaquaque re potissimum spectanda est. Confer ep. 60 h. lib.

171 Solus Deus quid mortalibus expediat, novit. Ipsius igitur voluntati preces ac vota nostra accommodare debemus.

172 Omnes res, prout est animus hominis, vel virtutis, vel vitii instrumenta esse possunt. Confer ep. 355 h. lib.

173 Tempus magis quam unda fluxum ac fugax est, vel, si mavis, versum.

Unda magis fluxum fugaxque tempus est.

174 Cohortatio ad εὐγνωστοσύνην ubique retinendam.

175 Causæ pervertentes rectum judicium. De Zosimi extrema et omnimoda improbitate. Confer ep. 9 lib. II, et ep. 274 h. lib. III, et lib. IV.

176 De eo quod Paulus I Corinth. IX, 5, dixit: « Potestatem habemus circumducendi mulierem sororem, » quo pacto intelligendum sit. Mulier etiam virgo dicitur.

177 Qui fiat quod non omnes sanentur, quamvis medicina omnibus in medio proposita.

178 De improbo lectore et diacono ab improbo episcopo electo et constituto.

179 De cultu humilitatis et fuga superbiæ.

180 Dictum Saræ matris Isaac, Genes. XXI, 7, exponitur. Lac veri partus argumentum est.

181 Optima vindictæ ab hostibus et injuria nos afficientibus sumenda ratio est, si primum patientiæ deinde virtuti studeamus. Confer ep. 6 lib. II.

182 Quo modo in apostolis virtus Dei per infirmitatem fuerit perfecta, II Corinth. XII, 9. Confer Photium Biblioth. pag. 851, et homiliam Chrysost. super eum locum.

183 Præstat aliorum frui scriptis et laboribus quam plane otiosum esse.

184 Interrogationis magna vis et efficacia est, quæ loco enuntiationis adhibetur.

185 Artes vitæ utiles esse debent, alioquin artes non erunt, sed ματαιότητες et χαροτήναι. Sic et



Lucianus in definitione artis ponit πρὸς τι τέλος εὐχρηστον τῶν ἐν τῷ βίῳ.

186 Et res supra mundum positae animo agitare, et tamen non alta sapere, sed humilibus nos accommodare et possumus et debemus. Confer ep. 276 h. lib., et Augustin. De temp. serm. 175.

187 Differentia inter φρόνημα et φρόνησιν, et ad hanc exhortatio ab illo dehortatio.

188 Ut humilitas animo magno atque excelso, sic superbia a parvo abjectoque oritur.

189 Mores docentis orationi sunt astruendi. Confer ep. 342 et ep. 158 et 317 hujus lib. III.

190 Mores placidi magnum et constantem animum arguunt.

191 Disputatio contra fatalem rerum omnium necessitatem, et geneses. Unde existat tanta judiciorum, varietas atque perversitas. Confer ep. 135 et 154 h., et Nemesium De natura hominis.

192 Revocatio a luxuria et gula ad temperantiam, propositis utriusque fructibus ac praemiis.

193 De vitiosis Ecclesiae membris aut corrigendis, aut praecidendis, ne pars sincera trahatur.

194 Regni et tyrannidis discrimen. Confer epist.

195 Paedobaptismi vis et efficacia, non tantum in abolendo peccato originis, sed etiam in conferenda multiplici gratia.

196 Dei lenitate non abutendum. Confer ep. 290 l. I, et 222 lib. II.

197 De viro bono, cujus ad virtutem impetus ab improbis retardatur.

198 Dicit Isaiæ cap. I, 18, nova expositio.

199 De continentia servanda. Confer ep. 89 l. I, et ep. 278 l. II, et ep. 65 h. l. III.

200 De moderando dolore super aliorum improbitate.

201 Cur non omnes improbi hic poenas dent scelerum, neque omnes boni affligantur. Similia his passim occurrunt apud Chrysostomum. Et in lib. Salviani de gubernat. Dei. Confer etiam ep. 205 h. lib.

202 Quid sit apud Isaiam loqui ad cor; nova expositio. Confer ep. 4 l. II, et ep. 258 h. lib.

203 De poena peccatorum in hac vel altera vita sustinendis.

204 Gaudere parce oportet, et sensim quaeri:

Totam quia vitam inisecat dolor et gaudium.

205 Non eventis, sed consiliis res quaeque metienda est. Confer ep. 335 l. I, et ep. 179 lib. II.

206 Regnum Dei an idem sit cum regno caelorum, in medio relinquat auctor. Sup. tamen lib. I ep. 129, id dixit. μοναρχίαν πολίτευαν.

207 Aeternae felicitatis dulcedo facile omnes hujus vitae ærumnas atque molestias abstergit. Confer Cyprianum ep. 6 lib. IV.

208 Remedium adversus iracundiam. Confer ep. 189 et 239 lib. II. Item Gregor. Magn. epist. 51 lib. VIII.

209 Decrescit pietas, quantum ipsa pecunia crescit: Cæcus amor nummi; nam Christi exstinguit amorem.

210 Revocatio a vita libidinosa atque impura. Deploratæ desperatæque sanitatis ægrotis omnia quæ concupiscunt, permitti solent. Confer ep. 258 h. l.

211 Vitia, non homines odiasse oportet.

212 Opum et imperii cupiditas est fons omnium vitiorum et animi perturbationum, quibus in principio resistere consultiis. est.

213 Luxuriant animi rebus plerumque secundis.

214 Dei naturam esse, ex operibus ejus cognoscimus; at non etiam quid sit per vestigare possumus. Confer ep. pen. lib. II et ep. 252 h. lib.

215 Contra eos, qui veritati de industria nebulas offundunt, quod miseres sint iis qui veritatem non assequuntur, ob ingeniū hebetudinem.

216 De muneris sacerdotalis summa difficultate. Et quam pauci sint veri sacerdotes. Confer ep. 104 lib. I, et lib. IV ep. 220.

217 Divitiæ sunt ad legem naturæ composita paupertas. Confer ep. 106 lib. II.

218 Objurgatio hominis voluptuarii.

219 De poenis, quæ tum in familia Davidis, tum in populo grassatæ sunt. Confer ep. 39 l. I, et Eulogium apud Photium in Biblioth. pag. 462. Quæ idcirco diligenter notanda sunt, ne plebs insons atque innoxia punita esse videatur, quod a Dei justitia possit alienum existimari.

220 Miseri a potentibus sublevandi sunt.

221 Increpatio hominum improborum.

222 Exhortatio ad animi moderationem, et expositio, quibus illa rebus contineatur.

223 Collaudatio ejus, qui episcopatum sibi delatum fugerat. Veterum episcoporum cum recentioribus collatio. Confer Bernardum De consideratione ad Eugenium.

224 Objurgatio hominis superbi, cum tamen humili genere natus esset.

225 De injuriarum tolerantia. Confer ep. 100 et 390 h. l. II.

226 Laudare orationem dicentis argumentum est persuasionis.

227 Affectuum mortificatio materia est beata vitæ.

228 Insidiae diaboli variae ac multiplices diligenter cavendæ sunt. Vigilandum est semper; nullæ insidiae sunt bonis; usquequaque sapere oportet. Id erit telum acerrimum. Confer epist. 164 l. II. Et August. serm.

157 De temp. In hac tam periculosa et tentationis plena hujus sæculi nocte quis non timeat? etc. Similia multa vitæ apud Leonem M.

229 Ἐσθλά λέγειν ἀεὶ πάντας καλῶν, αἰσχρά δὲ δειλῶν, καὶ ὧν τούτων ἀξιοί, ὧν λέγομεν.

Non tam quid improbi audire mereantur, quam quid bonos illis dicere conveniat spectandum est. Lingua esse debet veritatis organum.

230 Confessis venia danda peccatorum, non in sectationibus intempestivis insultandum et instandum est.

231 Cur Deus obstinatis peccatoribus implacabiliter irascatur.

232 Homo impurus et impius de Deo rebusque divinis disserere non debet. Confer ep. 214 l. I, et ep. pen. l. II.

233 Ex falsis principis non potest confici vera conclusio.

234 Dirum animi morbum (res mira) haud sentit avarus.

235 Hominis Epicurei ab improbitate revocatio. Animæ immortalitatis comprobatio. Confer ep. 295 h. l. III et l. IV.

236 Exempla quatuor eorum quæ per ἀναδιπλωσιν dicta sunt.

237 Falsa est perfectionis norma, si quis se non ad præceptum legis, sed cum deterioribus comparet.

238 Sacerdos non tam verbis quam factis populum docere debet. Sic Tertullianus initio lib. De patientia: Oportet commendationem et demonstrationem alicujus rei adortos ipsos prius in administratione ejus rei deprehendendi, et constantiam admonendi propriae conversationis auctoritate dirigere, ne dicta factis deficientibus erubescant.

239 Revocatio ab errore et hæresi.

240 De improborum sacerdotum poenis.

241 Extenuatio sui ipsius.

242 Vere de rebus judicandum est, neque personarum quarumdam vitia in ordinis totius reprehensionem trahenda sunt.

243 Epistola etymologica, γυνή unde dicta: unde item γυνεῖ, unde ἀνὴρ. Aliter tamen de his originatur auctor Etymologici magni, quem vide.

244 Deo agendæ gratiæ tam pro bonis privativis quam pro positivis.

245 De improbo episcopo, qui bono successit, quanta inde secuta sit rerum omnium in deterius conversio. Confer ep. 270 h. lib. III.

246 Pax vera quam sit, nempe quæ cum justitia conjuncta est, non quæ cum vitis. Confer ep.

284 h. lib. III, et IV ep. 36.



247 *Improbi libere reprehendendi sunt, quamvis pro gratiarum actione maledicta regeant reprehensi.* Confer. ep. 153 lib. III.

248 *Præclara oratio, de vitiorum ac virtutum in quolibet fere homine concursu et mistura (nam « sine vitio nemo nascitur; optimus ille est, qui minimis urgetur, » inquit Horatius), in gratiam hominis improbi repetita, ut his hominum de se iudicia reveritus, qui omni virtute vacuum eum censebant, ad meliorem frugem se recipiat.* Confer epist. 410 h. I.

249 *De Judæorum πικρολογία a Daniele, cap. IX, 26, prædicta, deque sacerdotii et regni inter se comparatione.* Confer ep. 257 h. I.

250 *De dicto: « Non misereberis pauperis in iudicio. »* Confer ep. 271 lib. I, et ep. 298 h. lib. III. Item Greg. Max. epist. 51 lib. VIII.

251 *Quatuor causæ, cur homines virtutis et sapientiæ studium, omnibus licet rebus præstantius, tam parvi tamen faciant.* Confer ep. 268 h. lib.

252 *Peccatum mors est animæ.* Confer Greg. Max. ep. 14 lib. V.

253 *Mittit orationem suam contra fatum, et monet ut libere de ea iudicet, famæ præiudicio interim sequestrato.* Confer ep. 191 h. lib.

254 *De continentia oculorum et animi servanda.* Confer epist. 278 lib. II, et ep. 89 lib. I, et ep. 65 et 199 h. lib. III.

255 *Cohortatio ad servandam in rebus secundis constantiam erga amicos.*

256 *De laudibus magnorum virorum, quibus par inveniiri oratio non potest.*

257 *Expositio dicti angeli ad Dan. proph. IX.* Confer ep. 249 h. lib.

258 *Reprehensio improbi diaconi, et qui eum constituerat episc. Confer supra ep. 210 h. lib.*

259 *De officio boni doctoris, et quam sit difficile, ut contumaces discipuli corrigantur. Corruptela Ecclesiæ ab ineptis antistitibus.* Confer ep. 282 h. lib.

260 *Reprehensio ejus qui potestate clavium in remittendis peccatis abutitur.*

261 *Peccata auctores suos enecant, perinde ut viperæ suos parentes.*

262 *Commendatio pii filii, obsidem se pro patre dare volentis.*

263 *Admonitio de officio boni magistratus.*

264 *De animi magnitudine cum modestia humilitateque conjungenda.*

265 *De officio antistitis Ecclesiæ, et interpretatio dicti Paulini, II Cor. IX, in fine.*

266 *Varia significatio αἰσχροσύνης: quæ aliquando amentię, aliquando libidinum impuritati opponitur.*

267 *De exemplorum vi et natura atque accommodatione.* Confer ep. 175 lib. II, et ep. 107 h. lib. III.

268 *De præstanti pulchritudine virtutis et pietatis, quæ idem est animo, quod oculus corpori.* Confer ep. 251 h. I. III.

269 *Exhortatio ad resipiscentiam a pravus dogmatibus.*

270 *Admonitio de ejulatu et lacrymis ob civitatis statum afflictum, culpa episc. incorrigibilis perditæ, omittendis, et in preces potius convertendis.* Confer ep. 245 h. I. III.

271 *Responsio ad gravissimam quæstionem, cur divina gratia non omnibus sese indulgeat.* Confer ep. 316 et 406 h. I.

272 *Nihil nos moveat, si insanis, quibuscum insanire eandem insaniam nolumus, insani esse ipsimet videamur.* Confer ep. 322 lib. I, et ep. 296 lib. II.

273 *Invitatio ad communem lætitiã ob amici degenerantis correctionem.*

274 *De difficultate recte iudicandi, et causis corruptentibus verum et sincerum iudicium.* Confer ep. 175 h. lib. III, et ep. 214 lib. IV.

275 *Objurgatio improborum sacerdotum, atque ad meliorem mentem revocatio.*

276 *De contemptu rerum mundanarum, et cura*

*studioque cælestium et æternarum.* Confer ep. 186 et 207 h. I. III.

277 *Contra eos qui pauperum curam professi, sub hoc inani prætextu illos sacrilega audacia spoliare aggrediuntur.* Confer ep. 88 et 111 h. lib. III.

278 *Quomodo Jobus XXIX, 14 et seq., sua recte facta absque reprehensione et vitio commemoravit, cum tamen πικρολογία, et sui ipsius prædicatio in Pharisæo Luc. XVIII, tantopere fuerit a Christo reprehensa.*

279 *Consolatio, perinde ut medicina non est in tempestive adhibenda animo ægro ac mœrore recenti saucio.* Sic Ovidius...

280 *De utilitate ex inimicis capienda.* Confer Plutarchi hac de re Commentarium.

281 *De adulatione vitanda, ut nec ipsi eam aliis adhibeamus, nec ab aliis admittamus.* Confer ep. 359 inf. h. lib. III.

282 *Bene monenti si non pareant improbi, horum ea culpa est, non illius. Nam neque Paulus apostolus omnes corrigere potuit, sicut Nec est in medico semper relevelur ut æger, etc.* Confer ep. 259 hoc lib. III et ep... lib. IV.

283 *Admonitio de modestia in rebus secundis servanda.*

284 *Præstat bellum pro veritate, pietate et justitia susceptum, paci et concordie per quam illæ res perdantur.* Confer ep. 246 et 397 h. lib. III et lib. IV.

285 *Non omnes in amicitiam admittendi, nec statim quilibet abigendi sunt.*

286 *Rerum humanarum nova facies et in melius conversio per adventum Christi allata.*

287 *Admonitio de corruptelis omnibus vitandis.*

288 *Increpatio hominum improborum, ut nominibus sic moribus quoque et institutis geminorum.*

289 *Quod magistratus non tam necessitudini sanguinis quam excellentiæ virtutis debeantur, quodque non tam successione lege quam liberæ electionis jure deferendi sint, exemplo Moisi probatur, Josuam filiis propriis præferentis.*

290 *Clodius accuset mæchos; Catilina Cethegum.*

*Turpe est doctori cum culpa redarguit ipsum.*

Confer. ep. 391 lib. I, et 240 lib. II, et 367 h. lib. III.

291 *Sperne voluptatem; nocet empta dolore voluptas.*

292 *Quibus dotibus præditum esse oporteat interpretem sacrarum Litterarum.* Confer ep. 254 lib. II, et Hil. lib. I De Trin.

293 *Physiologia de diversis ebriorum affectionibus et ratione illis imperante.* Confer ep. 109 lib. II.

294 *Contra Judæorum in extremis suis miseris pertinationem et obstinaciam; et in eos qui pupillam et viduum lædunt.*

295 *Demonstratio immortalitatis animarum, et revocatio improborum hominum ad vitæ correctionem.*

296 *Nova expositio ejus quod Deus ad Abrahamum de numerositate sobolis ejus dicit.*

297 *Exhortatio ad reconciliandos dissidentes amicos.* Confer ep. 83 lib. II.

298 *Cur iudex pauperis in iudicio misereri non debeat.* Confer ep. 250 h. lib. III.

299 *Desperatis non est adhibenda medicina.* Confer ep. 16 lib. II.

300 *De Pauli apostoli etiam in reatu magnitudine animi, et παρρησία cælesti doctore digna, Act. XXVI.*

301 *Idem licet sermo haud idem semper valet.* Confer ep. 267 h. lib. III.

302 *Commendatio hominis, qui depositis simultatibus in gratiam cum amico redire cupit.*

303 *Tumidæ ratio imperet iræ.*

304 *Exhortatio ad laudandum defunctum, in quo vicit præsentia famam.*

305 *De Judæorum interneione atque excidio ultimo ob spretum et occisum Christum Dei Filium.* Confer ep. 249 et 257 h. lib. III et lib. IV.

306 *Boni regis et boni sacerdotis comparatio.* C. ep.

507 Unusquisque ex suo ingenio fere alios quoque aestimare solet. suoque modulo ac pede alios metiri.  
508 Pia consideratio consecutionis temporum et partium anni. Confer epist. 158 lib. II, et epist. 1 lib. IV.

509 In recte factis vitanda superbia cuique est.

510 Discere quæ mala sunt facile est, etiam absque magistro. At labor est ingens discere quæ bona sunt.

511 Bonorum virorum ex hac vita emigratio non tam est mors quam somnus, et ad meliorem transitio. Confer ep. 331.

512 Præclarum ἦθος describitur hominis qui virtutum alienarum prædicationi facile fidem adhibet; at vitiorum relatione non temere credit. Confer ep. 248 h. lib. III.

513 De Christi Salvatoris miseratione erga nostrum genus.

514 Quanta sit virtute præditus legislator, qui non aolum punit factas, sed etiam præcavet, ne fiant, injurias.

515 Quis bonus sit iudex. Confer ep. 260 h. lib. III.

516 Dicti Danielis II, 21, explicatio quadruplex. Confer ep. 291, et 409 h. lib. III.

517 Τρόπος ἐστὶ δὲ πειθῶν τοῦ λέγοντος, οὗ λόγος hoc est, Mores magis quam oratio faciunt silentium. Confer ep. 71 lib. II, et 189 h. lib. III.

518 Virtus omnia vincit. Sic veritas apud Esdram.

519 Vituperatio improbi episcopi. Et de ordine iudicii vel perverso vel recto confer. ep. 263 h. lib. III.

520 Dictum Salomonis Ecclesiastæ, VII, 17, duobus modis exponitur: « Noli esse justus multum. »

521 Virtus est mediam vitiorum utrinque reducitum.

Confer ep. 131 h. lib. III et lib. IV.

522 Multiplici quanvis sit circumsepta labore.

Omnibus est virtus anteferenda bonis..

Confer ep. 169 h. lib. III.

523 Votum pro conversione hominis improbi.

524 Exhortatio ad virtutis et sapientiæ indefessum studium, ut quod rebus omnibus sit antiquius.

525 Mira rerum conversio, ut sacerdotes a piis hominibus in commune collatas opes sibi vindicent.

526 Sacerdotum ac præsulum mores imitatur populus.

527 De injuriis vindicandis vel condonandis.

528 Non debemus in gratiam benefactorum participes aut patroni fieri iniquitatis.

529 Christi in carnem adventus diabolum ejusque opera destruxit, et triumphum de illis duxit, tropæaque erexit.

530 Exhortatio ad mansuetudinem.

531 Boni viri obitus improbis lætitiā, bonis luctum affert. Confer ep. 311 h. lib. III.

532 De pœna superbiæ qua Nabuchodonosor est affectus, Daniel IV.

533 De certamine improbitatis hominum perditorum, difficilique correctione. Confer ep. 348 h. lib.

534 Contra Anomæos de dicto Christi Joan. XIV, 28: « Pater meus major me est. » Christus interdum ex opinione apostolorum locutus est, ad ipsum infirmitatem se demittens et accommodas per συγκατάβασις. Confer Augustinum serm. 179 De temp., et lib. De hæresib. cap. 54; Photium in Bibliotheca. pag. 11; Theodoret. lib. IV Fabular.; Nicet. Choniat. lib. VII, in Vita Manuelis Comneni, p. 107.

535 De dicto Christi. « Non potest Filius quidquam a semetipso facere, nisi viderit Patrem facientem: » quod nullo modo significet impotentiam, sed summam potius cum Patre conjunctionem.

536 Per ludos scenicos et nimicos non fiunt homines meliores. Confer Tertullian. De spectaculis c. 25, et Cyprianum.

537 Ut in corporum, sic et in animorum morbis

curandis profigandisque initium ab eo faciendum qui est gravissimus.

538 De iræ justæ utilitate. Dictum psalmi IV exponitur. Confer epist...

539 Qui omnia Veteris Testamenti dicta ad Christum trahunt, æque peccant atque illi, qui nihil in eo de Christo contineri volunt. Confer ep. 107, lib. I, et ep. 195 l. II.

540 De scandalo, quod improbus sacerdos præbet in Ecclesia. Indignitas sacerdotis nihil derogat dignitati et integritati divinarum mysteriorum. Confer ep. 120 lib. I, et ep. 37 lib. II.

541 De manna cibo cælesti Hebræorum per totos XL annos.

542 Filius Dei non est creatura. Confer ep. 334 h. lib.

543 Auditor cordatus et sagax esse debet, qui non omnia a doctore exspectet.

544 Collaudatio ejus, qui gratiam benefacti celeritate auxit. Confer Epip. Ausonii.

545 Mentis acumen scientiæ litterarum præstat.

546 Ἐξ τῶν ὁμολογουμένων cum adversariis disputandum. Confer ep..

547 In victos non særiendum victori.

Parcere subjectis scit nobilis ira leonum:

Pugna suum sinit, cum jacet hostis, habet.

At lupus et turpes instant morientibus ursi,

Et quæcumque minor nobilitate fera est.

Confer epist. 370, et Ant. Guevaram epist. I, part. I Aureorum.

548 Contra properantem ad accusandum. Confer ep. 333 h. l.

549 Amicitia renuntiatio.

550 Contra poeticarum fabularum absurditatem.

551 Virginitatis et conjugii memorabilis comparatio. Confer ep. 135 lib. II, et ep. 192 lib. IV.

552 Affectuum victoria vel ἡγήσα.

553 Mali corvi malum ovum.

554 Quis verus, quis falsus sacerdos.

555 De arcana Filii Dei generatione. Confer ep. 58 h. lib. III, quæ huic est gemina.

556 Solutio quæstionis de præstantia Danielis supra collegas et alios, Daniel. VI, 2.

557 Increpatio hominis arrogantis, cui divinam comminatur animadversionem.

558 Quantum sit bonum, pecuniis superiorem esse, sive immunem ab avaritia.

559 Adulatio in dementandis hominibus metu valentior est.

560 De Zosimi improbitate et maledicâ linguæ Modesta virtus, immodesta malitia est.

561 Vita æterna optimum præmium præclararum actionum est.

562 Sermo actione destitutus, mancus est:

Et actio sermone manca est quæ caret.

Sermo maritus actioni optimus.

Verum alterutro si carendum sit, tamen

Præstat disertæ nequitia innocentia,

Quantumlibet sermone destituta sit.

Confer ep. 275 lib. II, etc.

563 Admonitio de officio in convertendis hominibus: et de arbitrii libertate.

564 Qui in peccato mortali versatur, si tamen irreverenter mysteria sacra participare non dubitat, se ipsum in exitum præcipitat sempiternum. Iterum de Zosimi deplorata malitia.

565 Ordo rectus iudicii. Confer ep. 319 h. lib.

566 Hominum deploratæ malitiæ revocatio ab insaniam. Confer ep. 10, 16, 20, 22 et 252 lib. II.

567 Turpe est doctori cum culpa redarguit ipsum. Confer ep. 391 l. I, et ep. 240 l. II, et ep. 296 h. l. III.

568 Pravis cupiditatibus non indulgendum, sed resistendum est. Confer ep. 332 et 401.

569 Objurgatio hominis perditii atque ad meliorem frugem revocatio.

570 Victor non debet sævire in victis, sed leniter ipsis uti. Confer ep. 347 sup. h. lib. III.

371 *Fragilitatis cum luxuria comparatio, et atriusque effectus.*  
 372 *Gratulatio de adversario superato.*  
 373 *Exhortatio ad modestiam. In recte factis non superbendum, sed humiliter potius sentiendum. Tanto enim sublimiores erimus, quanto nos submissius gesserimus. Confer. ep. 309 h. lib. v.*  
 374 *Virtutis et doctrinæ pulcherrima est conjunctio: Verum si alterutra sit carendum, præstat hæc quam illa destitui. Confer ep. 362 h. lib.*  
 375 *Collaudatio magistratus moderati qui gravitatem severitatemque lenitate et mansuetudine temperat.*  
 376 *Christo eloquentia et sapientia bene collocata non displicet, cum ipse Verbum et Sapientia Patris æterni voluerit appellari.*  
 377 *Fortior est qui se, quam qui vincit fortissima oppida: nec virtus alius ire potest. Confer. ep. 352 h. lib. III.*  
 378. *Commendatio amici in magno versantis discrimine.*  
 379 *Admonitio de libertate sectanda, ejusque duobus extremis fugiendis, arrogantia vanitateque, et adulatione seu servilitate.*  
 380 *De dissidiis amicorum et concertationibus inimicorum, quod plurimum differant.*  
 381 *Quo majores sumus, eo nos submissius geramus. Quis sit μεγαλόφρων et μετροφρων, quis ταπεινόφρων, quis ευγνώμων, quis κενοδόξος, quis ψυλόδοξος quis μικρόφυγος, quis μεγαλόφυγος.*  
 382 *Laudatio nimia est parens ignavia. Confer. epist. 248 h. lib. III.*  
 383 *Contra laudum parcimoniam pariter et profusionem.*  
 384 *Non uni tantum virtuti, sed omnibus studentum.*  
 385 *Quemadmodum qui urbem obsident, in eam potissimum partem faciunt impetum, quæ maxime infirma est: ita perpetuus ille adversarius noster diabolus eam animæ et affectuum partem maxime impugnat, qua maxime sumus imparati, atque imbecilli.*  
 386 *Contra eos qui de rebus divinis irreverenter disputant.*  
 387 *Gratulatio de adepto sacerdotio, et admonitio de eo munere recte administrando.*  
 388 *Encomium sacræ Scripturæ, cujus studium omnibus rebus superius est, quæque nihil nobis antiquius esse debet. Confer epist. 369 lib. I.*  
 389 *Quo spectarit sapientissima lex de erigendo jamento inimici, nempe ad reconciliationem dissidentium animorum.*  
 390 *Præstat inique plecti, quam immerentem præmio affici. Confer ep. 100 h. lib. III.*  
 391 *Finis rerum creaturarum omnium, atque ita etiam astrorum, hic est, ut inde homo velut manu ductione quadam ad cognitionem Creatoris perveniat.*  
 392 *Divitiis cunctis bona fama est anteferenda.*  
 393 *Facultate orationis et eloquentiæ metienda est naturæ humanæ præstantia, eaque conferri debet ad patrocinium veritatis, non ad improbitatis et vitiorum præsidium.*  
 394 *Mali sacerdotes suo judici, corrumpi nescio, relinquendi sunt. Interim nostrum illorum reprehensionem atque animadversionem in nosmetipsos transferre debemus. Confer epist. 340 lib. III.*  
 395 *Sacer conventus qualis esse debeat.*  
 396 *Avaritia verum judicium corrumpit. Confer ep. 274 h. lib.*  
 397 *Homines corrupte viventes libere sunt admoventi, ut desistant a vitis. Eventus autem Deo permittendus est. Confer ep. 284 h. lib. III.*  
 398 *Doctrina sacrarum Litterarum est depositio sortis, quæ accessione bonorum operum tanquam senore augenda est.*  
 399 *Quotidie moriendum. Et philosophia enim, et verus Christianismus meditatio mortis est. Confer ep. 335 lib. I, et 197 lib. II, et 305 h. lib. III.*

400 *De recta et vitiosa retrecundia. Confer. ep. 90 lib. III.*  
 401 *Contra libidinosos. Confer epist. h. 368 lib. III.*  
 402 *Contra Arianos.*  
 403 *Cum fidei veritate integritateque conjungenda est vitæ innocentia. Confer epist. 37 h. lib. III.*  
 404 *Contentiones excitare ne velis.*  
 Nam parva belli causa sæpe ingentis est.  
 405 *Qui professioni Christianismi non convenienter vivunt, Deum a paganis et infidelibus faciunt blasphemari.*  
 406 *Manum admoventes invocate numina. Confer ep. 271 h. lib. III, et lib. IV ep. 2 et 4.*  
 407 *Improbis aut corrigendus, aut deserendus.*  
 408 *Ecclesiæ sæda et miserabilis degeneratio describitur.*  
 409 *Commendatio amici.*  
 410 *Nemo sine crimine vivit. Idcirco alter alteri suos nævos condonare debet. Confer epist. 248 h. lib.*  
 411 *Ὅτι οὐ δὲ ἐν τῇ παιδοπολίᾳ ἀκολαστίῳ, οὐδὲ ἀπειλεῖν. Confer. ep. 81 lib II, et ep. 46 h. lib III.*  
 412 *Ebriositatis cum avaritia comparatio. Confer epist. 146 lib. II.*  
 413 *Judicium extremum certo futurum est, quod etiam ethnicorum scriptorum celeberrimi quique agnoverunt. Confer epist. 158 lib. II.*

## ARGUMENTA LIBRI QUARTI.

Epist. 1. *Cur anni corona et rota generationis dicatur, et quam apte inter se connexæ sint a Deo quatuor ejus horæ, ver, æstas, autumnus, hiems.*  
 2 *Ne votis actiones sint contrariæ. Opem Dei advocans et ipse te juva.*  
 3 *Objurgatio hominis luxuriosi et alienarum mensurarum assecæ impudentis.*  
 4 *Deum orare, ut tibi præstet, quod tute facere recuses, ridiculum est, imo et ludibriosum in Deum.*  
 5 *Non omnes eodem animo et fine virtutem colunt.*  
 6 *Sapientiam impedit sapientiæ opinio. Modestia fundamentum est sanitatis animi, quam quidem etiam ipsa nostri ortus conditio nobis ingerit atque inculcat.*  
 7 *Qui pœnis aliorum inclarescere cupit, hostis et tyrannus est verius quam pater aut magister appellandus.*  
 8 *Pœnam aggravat malefici inficiatio.*  
 9 *Providentia alia generalis sive communis, alia singularis et propria. Lex alia per naturam insita, alia scripta.*  
 10 *Lingua quantum excitet. Eloquentia non abutendum ad probandam improbitatem, sed ad virtutis ornamentum utendum.*  
 11 *Evangelium lege perfectius. Plus est diligere inimicum et pro eo orare in ipsius rebus secundis, quam afflicto et egenti succurrere et esurientem pascere.*  
 12 *Servitutem non abolet nec tollit Christianismi professio. Plura a libero homine quam a servo requiruntur: quæ si omiserit, graviore dabit pœnas.*  
 13 *Auxilium divinum implorans ipse quoque facere debet quantum in se est, non autem in utramvis aurem stertere.*  
 14 *Deus omnis generis hominibus consultum esse vult: integris lapsis et conversis.*  
 15 *Christus naturam humanam astu diaboli læsam spoliataque in integrum restituit, et charitatis stola a se contexta induit.*  
 16 *Honor conveniens ac suus, cuique sine adulatione et benevolentia captatione tribuendus.*  
 17 *Contra spes inanes Judæorum de instaurando templo et politiis suis: quæ ex loco Aggæ II refelluntur.*  
 18 *De vero intellectu dicti Christi: « Super cathedra Moïsi sedent Scribæ et Pharisei: Omnia igitur quæcumque dixerint vobis ut faciatis, facite, &c. »*

19 Turpe manere diu peregre est, vacuumque  
[reverti.

Amici patria procul rem præclare gerentis desiderium tanto facilius fertur.

20 Doctrinæ veritati adjungenda est probitas vitæ ac morum, sine qua illi fides derogatur.

21 Orationi vita debet esse par. Nihil facilius quam sibi ipsi imponere. Se scire opinari, impedit scientiam.

22 Exemplo Christi, qui ultro se humiliavit ac submitit Patri, modestiæ studere debemus.

23 Multa noris oportet, ut fallas providentiam et animadversionem divinam. Multi fugiendo fatum, in ipsum incidunt.

24 Precationis Dominicæ sapientissime brevitatis explicatur et ostenditur. Quomodo et a quibus recte reticetur, a quibus perperam.

25 Precautes alios taxare et carpere promptus. In culpis veniam dat sibi quisque suis.

26 Esau inutilis pœnitentiæ post vendita Jacobo fratri primogenituræ jura, quæ virtuti potius tanquam præmia debentur, quam sorti nascendi.

27 Ethnici sapientes dum extenuant et derident Christianam religionem præ sua, non animadvertunt quod semetipsos resellant ac deridendos aliis propinent, suam religionem evertentes, et Christianismum extolentes.

28 Ejusdem cum superiore argumenti. Scripturæ sacræ simplex et rudis (ut sapientibus mundi videtur) veritas potentior existit quavis sapientia humana et Attica eloquentia.

29 Christi passio, crux et mors ac sepulcrum quantum vim habuerit.

30 De divina vi et efficacia præconii Evangelii, quamvis calamitatis complexæ et elegantis orationis destituti. Testimonium laudatur Platonis et Homeri.

31 Refutatio ethnici hominis crucem Christi exagitantis ommissa ac sprete mentione resurrectionis et ascensionis ejusdem, quæ tamen iisdem monumentis evangelicis continetur. Qui producit instrumentum pro se in uno capite, debet idem etiam in altis capitibus contra se admittere et agnoscere.

32 Crux Christi fulcrum et fulgor est cæli et terræ.

33 Sacræ Scripturæ lectioni deditus etiam cælo dignam vitam agere debet.

34 De pravis sodalitatibus vitandis, ut quæ perniciosissima sint. De interdicto cum brutis coitu.

35 Pax non ubivis nec per omnia est bona. Pro veritate pugna quam quis suscipit, paci scelestæ multis antistat modis.

37 Pax est colenda, dum pietati haud officii.

38 Iracundia cohibenda freno rationis et prudentiæ: omniaque cum consilio agenda sunt.

39 Quia dicta factaque indicta insectaque fieri nequeunt, nihil sine prævia deliberatione, vel dicendum, vel agendum est, ne alioqui pœnitentiæ imprudentiæ et præcipitantis sit pedisequa.

40 Salomonis libri hoc ordine legendi sunt, ut initium fiat a Proverbiis, inde ad Ecclesiasten, et ab hoc ad Canticum canticorum procedatur. In adyta penetrare non debet, qui nondum atrii seu vestibuli ingressus dignus est. Theoriam præcis præcedere debet.

41 Varia hominum genera eleemosynas, exercentium diverso fine. Præstat bonum facere, quamvis per ambitionem, quam id plane prætermittere.

42 Ebriosi æque ac maledici et adulteri et scortatores excluduntur a regno cælorum, teste Paulo apostolo, quamvis diversis interim pœnis afficiendi.

43 Corvus ἀστροργός, licet avis, Eliam pascens tacite ipsum de mitiganda ira admonuit.

44 Quisque sua potius merito quam majorum delicta immeritus luit; ἀναρχεύη veteris dverbii Judaici. Patres comederunt uvam acerbam, et filiorum dentes obstupuerunt.

45 De Susannæ innocentia a senilibus calumniis vindicata, et pœna justiss. senibus irrogata.

46 Christo propinquos efficit  
Non sanguinis cognatio,  
Sed Spiritus imitatio,  
Et vita virtutem colens.

47 Deum cujus vindicem oculum nihil latet aut effugit animadversionem, et ut severum judicem timere, et ut benefactorem clementissimum ac liberalissimum amare debemus.

48 Christus a terrenis ad cælestia nos vocans, vim divinam suis verbis adjungit.

49 Gustum nec ullum verba habent inania  
Quisque ergo sermo condendus est sale,  
Quem suppeditant divina testimonia,  
Et præmium cælestis, et judicii metus.

50 Herodes post illam populi acclamationem: « Vox Dei et non hominis, » divinitus punitus, exemplo suo docet, pœnas dare eos, qui adulationes impias aliorum admiserint, nec reprehenderint.

51 Paulus, cum ait: « Cooperatur iis qui secundum propositum vocati sunt, » significat, non sufficere ad salutem, ut quis a Deo vocatus sit, nisi etiam accedat ex parte vocati studium obsequendi vocationi divinæ.

52 Peccatum morte gravius est. Præstat igitur mori integrum et incontaminatum peccato, quam admittere peccatum, ut immortalitatem, si fieri possit, assequaris.

53 Evangelica præcepta perfectione sua vincunt et jus naturæ, et legem scriptam, et prophetarum oracula.

54 Norma ac definitio exactissima virtutis hæc est, quam quisque in se ipso possidet. « Omnia, quæcunque volueritis, ut faciant vobis homines, et vos facile ipsis. »

55 Causa omnium malorum dissidentiumque opinionum est ambitio, non solum in Ecclesia, sed etiam in philosophia sæculari. Tolle igitur ambitionem, et hæresum fontem obstruxeris.

56 Ambitio et anticipata opinio hæreses pepererunt.

57 Cum etiam ante natum Christum inter homines omnibus sæculis contentiones exstiterint, non est mirum quod diabolus etiam post Christum natum varias excitavit hæreses.

58 Quæ sint apud apostolum Judam stellæ errantes, quibus caligo tenebrarum servata est in æternum.

59 Quid sit apud Paulum, Rom. 1: « Tradidit eos Deus in reprobum sensum, » etc. Tradere est nudum auxilio divino dimittere, et relinquere ruentem proprio impetu, non autem impellere in facinus.

60 Quo sensu dixerit Paulus, Rom. 1: « Non solum qui ea faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus. » Gravius est peccantem laudare, et alterius improbum factum comprobare, quam ipsum peccare. Confer. ep. 84 infra.

61 De dicto Pauli, Rom. 11: « Gloria et honor et pax omni operanti bonum, Judæo primum, et Græco. »

62 Peccatum sine lege mortuum est. Qui sine lege peccant, mitius puniuntur, quam qui sub lege.

63 De dicto Pauli, Rom. viii: « Non sunt condignæ passionis hujus temporis ad futuram gloriam in nobis revelandam. »

64 Christi in carnem adventus quantum boni extulerit rebus humanis. Qui perit, sua culpa perit, quod victoriam labore parare neglexerit.

65 Gratia Dei per fidem justificati bonis operibus studere, et fidem alioqui mortuam animare, et salutem suam operari debent.

66 Divinæ res omnes ignis nomine in sacris Litteris insigniuntur.

67 Ethnicorum scripta cum sacris Litteris comparantur. Illa non ad omnium lectorum utilitatem, sed ad auctorum gloriam diriguntur; et pomposo dicendi genere utuntur. Hæc ad omnium, etiam idio-

tarum, utilitatem ac salutem referuntur, et simplici oratione res divinas et sublimes exponunt.

68 Inter jussionem et permissionem multum interest.

69 De inscriptione Atticæ arcæ: « Ignoto Deo. » Ejus ratio ex historiis repetita.

70 Consilium saluberrimum de bellis et contentio- nibus inter homines sapiendum: nempe ne tanti res externas faciamus, sed suis potius ponderibus examinemus.

71 Formæ pulchritudinem nihil obstare quominus quis castitatem colat illibatam, probatur exemplis Josephi et Susannæ. Notandum contra sententiam Ovidiani versus:

Lis est cum forma magna pudicitia.

72 Non opes et potentia et felicitas accusanda, sed animus ejus qui his non recte utitur, in crimen vocandus.

73 Typus arcæ fœderis, et propitiatorii, et cherubim, et mannae, et virga Aaronis, quid denotavit.

74 Judæi, postquam Christum tantis affecerunt contumeliis, finali et nunquam instaurando excidio a Deo puniti sunt.

75 Judæorum captivitas, quam a Romanis perpessi sunt, ideo a nemine alio præterquam Josepho Judæo describi debuit, ut fide dignior esset historia exemplo carentium ærumnarum.

76 Regnum cælorum sive præconium Evangelii quare cum grano sinapis a Christo conferatur.

77 Josephus Ægyptiæ semina et libidinis victor.

78 Virtutem esse rem imperatoris et ubique in quavis fortuna victricem, illustri exemplo Josephi probatur.

79 Paulus vas electionis vita non minus quam sermone potens, exemplo et antistibus Ecclesiæ et verbi divini præconibus, ut vitam irreprehensibilem doctrinæ veritatis astruant.

80 Cur dixerit pop. Jud. Exod. xix (secundum Græc. interpret.) « Omnia quæcumque dixit Dominus, faciemus, et audiemus. » In rebus divinis præzis cognitione prior est.

81 De dicto Christi, Matth. vii: « Non potest arbor mala fructus bonos facere. » Et de dicto Pauli I Cor. ii: « Animalis homo non percipit ea quæ sunt Spiritus. »

82 De sapientissimo temperamento in sacris Literis a Deo adhibito, cum eas partim obscuras ac difficiles, partim planas atque apertas esse voluit.

83 Alia sunt ἐπιχρᾶ - alia διαέφικτα - alia ἀνεφικτα, a quo postremo genere investigando penitus abs- tinendum est, secundum illud: ἀρχὴν δὲ θεοῦ οὐ κρείται τὰ μύθων.

84 Sententia injusta malum facinus comprobans, deterior est eo qui id perpetravit. Conf. ep. 60, supra.

85 Ad Pauli dictum Tit. i, « Deum se nosse confitentur; factis autem negant. » Non satis est ore Deum fateri, nisi et opere fatearis. Sermo factis vu- cius parum valet ad persuadendum.

86 Lex talionis justitiæ, imo et humanitatis potius quam iniquitatis aut crudelitatis plena est. Conf. ep. 133 l. ii, et h. ep. 209.

87 Mandatum Dei ad Israelitas, ut Ægyptiorum vasa auferrent, justiss. et æquissimum fuit, perti- nens ad compensationem mercedum pro tot annorum servitiis debitæ.

88 Exhortatio ad studium lectionis et meditatio- nis quotidianum exemplo Timothei et Pauli apostoli. Memoria sine exercitiis facillime obsolescit et oblite- ratur.

89 Pauperis non oportet commiseratione moveri in judicio, multoque minus sapere divitum insatiabili- bus cupiditatibus.

90 Ruditas ipsa morte pejus fugienda, et quotidie lectioni ac meditationi sacre Scripturæ incum- bendum.

91 Sacre Litteræ omnibus omnium sapientium scriptis longe antistant, eaque vincunt perspicuitate

et compendio omnis officii. Varia variorum dicendi genera. Confer. ep. 5 lib. et h. l. ep. 28, 76 et 140. Et ex parte, qua de compendio virtutis etiam ep. 53 et 54, h. l.

92 Ab inani contentione dehortatio.

93 Beati sunt qui falsas propter Christum contumelias sustinent. Confer. ep. 190 h. l.

94 « Nolite ante tempus judicare, » interdictum Paulinum I Cor. iv, quomodo et quibus de rebus accipiendum sit.

95 Quamvis recte et apostolico præcepto conveni- enter faciat, quæ injuriam sibi factam patienter tolerat, tamen eam inferens non potest se illo dicto excusare.

96 Dubitationes quædam de Herode et fratris ejus uxore Herodiade ab ipso ducta et Joannis Baptistæ reprehensione facti moventur et discutiuntur.

97 Christus ad crucem proficiens quare mulie- rum lamentationes reprehenderit. Confer. ep. 166 et 285 l. ii, et h. l. ep. 128 et 180.

98 Cum oportuerit Christum pati, teste Luca xxiv, quare puniti sunt qui passionem procurarunt et adjuverunt Judæi.

99 Sancta synodus Nicæna veritatem dogmatum ab infinitis corruptelis hæresum asseruit.

100 Deus missione Filii sui ad persolvendum pre- tium redemptionis instaurandamque generis humani salutem ostendit et justitiam suam et abundantiam bonitatis.

101 Expositio dictorum Paulinorum Rom. i: « Tradidit eos Deus in affectus ignominia, repletos omni iniquitate, » etc. « Dedit ipsis Deus spiritum compunctionis. » Dare et tradere ex more et idio- mate sacre Scripturæ significat idem quod relin- quere vel permittere.

102 De timore et veneratione erga magistratum; ex Paulina admonitione, Rom. xiii.

103 Ecclesia universalis est corpus Christi; parti- cularis, v. g. Corinthiorum Ecclesia, est ejus corpo- ris membrum ex parte. Ex Epist. ad Corinth.

104 Piorum ærumnæ coronarum et braviorum instar habent, et exsultandi materiam ipsis præbent. Ex Paulo Philip. i.

105 Dæmones cum pro diis coli vellent, simula- runt justitiæ studium, idque a suis cultoribus ex- egerunt.

106 De diversis talentis hominibus concreditis.

107 Terra qua ratione vel mobilis sit, vel immo- bilis.

108 Christus in cruce triumphavit de dæmonibus debellatis.

109 Explicatio dicti Salomonis, Proverb. vi: « Qui ingreditur ad multierem nuptiam, non erit in- nocens; neque omnis tangens eam. » Tactus sensus crassior et impurior est quam visus, qui est subti- lior ac purior.

110 Expositio dicti Ezechiel. vii: « Et erunt in montibus ut columbæ mediantes. » Cumulus doloris, non licere conquiri.

111 Exhortatio ad reconciliationem et satisfactio- nem, ex præcepto Christi, Matth. v, 22, 25.

112 De dicto Pauli, I Tim. iv: « Prohibitum nubere, » etc., et altiis Scripturæ idiotiamis.

113 De dicto Pauli Hebr. ix, 17: « Testamen- tum in mortuis firmum. »

114. De diversis formis et ingeniis ac moribus ho- minum. Ex Proverb. Salom., xxvii, 19.

115 Adulterium furto, præsertim ex paupertate admissio, longe gravius est. Ex sententia Salom. Proverb. vi.

116 Nemo hominum tam pius ac probus est, quin alicui sit errato obnoxius. Nemo rursus usque adeo vitiosus, quin aliquid boni egerit. Nihil itaque ab- surdi est, si dicamus, et Lazarum pœnas suorum lapsuum dedisse et divitem præmia recte factorum in hac vita recepisse.

117 Cur leprosi aliisque morbis involuntariis la-

borantes extra castra consistere jussi fuerint. Pa-  
rentes sæpe in filiis plectuntur gravius quam in se-  
metipsis. Conf. ep. 141 h. lib.

118 Eleemosyna unde estimari debeat, nempe  
non tam a dati magnitudine, quam ex animo dan-  
tis. Probatur exemplo viduæ evangelicæ, duo mi-  
nuta offerentis in gazophylacium. Marc. xii, Luc. xxi.

119 Viri mulieribus tanquam vasi infirmiori ho-  
norem tribuunt. I Petr. iii.

120 Contumeliæ quomodo sanandæ.

121 Lazaro suæ miseræ fundamentum sempiternæ gloriæ et felicitatis exstiterunt.

122 De libidinoso aspectu mulierum vitando. Legitima lucta est quam constituit Deus; non quisque sibi opinionis errore finxit.

123 Proximus quis sit, nempe quivis homo nostræ opis indigus.

124 Anima humana est quidem divina, et immortalis sed non Deus, neque particula Dei essentiæ, neque principii exers.

125 De animæ immortalitate contra Galeni harmonicam lyram et temperamentum corporis; præclara et erudita disputatio, Homericis, Euripideis et Platonis auctoritatibus stabilita, tandemque divino oraculo et testimonio obsignata.

126 Reprehensione et odio digni sunt, qui neglecta bene vivendi cura de dogmatibus perpetuas contentiones suscipiunt, ipsamque adeo divinam essentiam suis disputationibus scrutantur ac sollicitant.

127 Spirituales homines quinam dicantur a Paulo? qui animales? qui denique carnales? A potiore sumitur denominatio.

128 Christus sua sponte morti caput obtulit, cum facile eam, si voluisset, declinare potuisset, vel divina sua potentia qua alios etiam ex morte excitavit, vel innocentie allegatione ac defensione, vel beneficio appellationis.

129 Decem interpretationes dicti Paulini: « Qui fornicatur, in corpus suum peccat. »

130 Quomodo sese gerere debeant cum ii qui audiunt, tum illi qui dicunt. Quid intersit inter τοῦτον καὶ τὸν ἄλλον inter ἀμφισβητῆν καὶ φιλοεικεῖν; inter εὐδοχιμελοῦσαι, sive εὐδοχιμον εἶναι, et ἐπαυελοῦσαι, sive ἐχαριμελοῦσαι; denique inter ἔδρασαι καὶ εὐφρανεσθαι.

132 Inutilis et periculosa nobis esset præcognitio omnium rerum atque eventuum.

133 Fons omnis in vita confusionis et inter hominum animorum exacerbationis et contentionis est, quod sacrarum Litterarum studium negligitur, et minusquisque suos affectus divinis oraculis anteponit.

134 Lex et propheta præparatio fuerunt ad Evangelium.

135 Expositio dicti Christi Matth. x, 41: « Qui recipit prophetam in nomen prophetæ, mercedem prophetæ accipiet. » Honestum ipsius honesti, non alicujus lucri utilitatisque aut humanæ gloriæ causa, colendum est.

136 « Regnum cælorum vim patitur, et violenti rapiunt illud, » Matth. xi, Luc. xvi, quomodo intelligendum.

137 Expositio dicti Christi Matth. x: « Estote prudentes sicut serpentes, et simplices sicut columbæ. » Exempla quatenus capienda sint.

138 Tristitiæ assultum repellat ac subigat animus precibus ac meditatione cælestium præmiorum.

139 Admonitiones et reprehensiones religiosorum hominum quales esse et quomodo adhiberi debeant. Quomodo item ferenda sit boni eventus frustratio.

140 Scripturæ sacræ cum eorum qui extra Ecclesiam sunt scriptis collatio.

141 Cur leprosos et aliis morbis involuntariis laborantes lex prohibuerit ingressu castrorum. Parentes sæpe in liberis gravius quam in semetipsis plectuntur. Confer ep. 117 h. l.

142 De arcana et æterna generatione Filii Dei ex substantia Dei Patris.

143 De differentia legitimi imperii et tyrannidis: quorum illud ad subditorum, hæc ad imperantis utilitatem propriam refertur.

144 Ratio conciliandæ pacis minus probanda quæ sit.

145 Sacerdotii munus perdifficile esse recte administrare docet, quod varii sint ac multiplices animorum morbi, qui non uno omnes remedio curari possint. Unde et Christus exclamavit, Matth. xxiv et Luc. xii: « Quis, putas, est fidelis servus et prudens, quem constituit Dominus super familiam suam, ut det illis demensum? »

146 Christus adveniu suo docuit homines animæ immortalitatem, et resurrectionem carnis, et judicium futurum, atque ita ad virtutis studium eos excitavit et acuit. Peccatum morte gravius, et hæc præ illo eligenda. De dicto Pauli Hebr. ii, 15.

147 Non Jesus Nave seu Josua, sed Jesus Christus veram et solidam requiem peperit. De loco Pauli Hebr. iv, 8 et 9.

148 Inique et improbe agentes non sunt laudando et adulando confirmandi in sua improbitate, sed vel silentio vel fugu sensus aliqui improbitatis eis injiciendus, ut corrigantur. Etiam voluntas atque impulsio in utramque partem non caret vel præmio vel pœna, quamvis eventus non responderit.

149 Expositio dicti psalmi Lxi: « Semel locutus est Deus: duo hæc audivi, » etc. Combinationes divines pœnarum tacitam habent annexam conditionem pœnitentiæ.

150 Quo vilioribus et contumeliosioribus armis Christus diabolus vicit, eo clarior et illustrior ejus victoria est, quasi athleta vinctus, et tamen victor. De dicto Pauli I Corinth. ii, 2.

151 De providentia Dei omnia in cælo terraque videntis.

152 De dicto Salomonis: « Longanimis vir multus in prudentia; pusillanimus autem valde insipiens est. »

153 Quo pacto intelligendum sit illud Jobi: « Astra non sunt munda in conspectu ejus. »

154 Christi adventu compressus tyrannus diabolus vi amplius non potest nocere, sed tantum deceptione et fraude. Eorum igitur culpæ est ascribendum, quod ab eo superentur, qui se ipsos ei sua sponte subiciunt.

155 Quid sit apud Isaiam, cap. li: « Pocum ruinæ et calix furoris. »

157 De sensu dicti Levit. xxi: « Super omni anima mortua non ingreditur. » Corpus mortuum seu cadaver ipsum per se non est impurum, neque pollutum: quia naturalia extra culpam et crimen sunt: quod probatur ex loco reliquiarum Josephi translaturum, et dicto Salom.

158 De dicto Salom. Proverb.: « Septies cedit justus et resurget. »

159 Solutio antinomie apparentis inter dicta Christi: « Luceat lux vestra coram hominibus, ut videant vestra bona opera, » etc. « Cavete ne eleemosynam vestram faciatis coram hominibus. »

Ab recte factis absit ostentatio.

Mens ambitiosa pestis est operis boni.

Ut nocte in obscura micare fax solet,

Sic fulget et virtus latere nescia.

Confer ep. 227 inf. h. l.

160 Expositio dicti Ezechiel xi: « Auferam ab ipsis cor lapideum, et dabo ipsis cor carneum: » quod utraque de habitu et qualitate, non de substantia intelligenda sint.

161 De dicto Proverb.: « Astitit in omni via non bona; » et illo psalmi xlviii: « Anima ejus in vita sua benedictetur. Ingredietur enim in generationem patrum suorum, » etc. Corrupta hominum judicia sæpe beatos prædicant qui revera sunt miseri, et contra.

162 Agnus Paschalis μετὰ σπουδῆς comedendus. Studium est actio ante actionem.

163 Disputatio insignis contra Origenis dogma de

anima, quam volebat peccasse antequam in corpus demitteretur in corpus autem pœnæ luendæ causa detrusam esse. Contra docet Isidorus orthodoxam esse sententiam. Lucæ et certaminis causa nos in vita hac constitui, ut ea recte exacta præmiis possidemur.

164 Diabolicus abusus dicti psalm xc a Christo reprehensus, Matth. iv.

165 In dictum Christi de virginitate, Matth. xix, 11: «Non omnes capiunt hunc sermonem, sed quibus datum est.»

166 De dicto Pauli, Coloss. ii, 17: «In Christo habitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter, id est essentialiter. Memorabilis epistola contra Arianos.

167 Danielis et sociorum ejus sapientia incomparabilis superbiæ Babyloniorum a Deo opposita.

168 De dicto Pauli, Hebr. x, 28: «Gravibus puniuntur qui tempore gratiæ peccati vel ad bona opera sequeuntur, quam qui olim sub lege fuerunt.»

169 Expositio dicti Christi: «Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur.»

170 Lex qualium peccatorum remissionem dederit per sacrificia, qualia vero morte puniverit.

171 Nihil recte facere possumus absque divino auxilio. Id autem facientibus sedulo quod in se est, nunquam est defuturum.

172 Commemoratio præclarorum facinorum magnum vim ad excitandos animos habet.

173 Non oportet vel ad gratiam laudare, vel ad odium vituperare; sed vero sanoque judicio uti, nisi quis velit dici ingenio servili præditus, vel etiam in pecorani numerum referri.

174 Recte de Deo sentire, summa est sapientia, optima actio et vita a vitiis abstinentes, divinissima est scientia. His v. destituta ευγλωττα res inanis est.

175 Sæpe in eo sita est, si succumbere videamur; injuriæ patienter ferendæ Christianis: quibus quanto majora proposita sunt præmia, tanto duriora imponuntur certamina.

176 Moyses quare legislationi præmiserit historiam creationis mundi, et de præmiis piorum ad pœnis impiorum, videlicet ut animos hac ratione ad suscipiendam et implendam legem præpararet et excitaret.

177 Ut persuadeatur auditori non est in oratore, sed in auditore situm: proindeque si orator, cum omnia qui et ut debuit, fecerit, non tamen sine suo politus sit, nulla in ipso culpa est, nihilque ipsi imputari potest. Confer epist. 205.

178 Illustre encomium Abrahami qui, dum filium Isaacum mactare paravit, naturam ipsam debellavit et triumphavit, in cælesti theatro victor a Deo et beatis mentibus renuuntiatus.

179 Exemplo Christi patienter ferendæ sunt Christianis injuriæ. Augetur injuria ex dignitate ejus cui infertur.

180 Christus merito reprehendit seminas, a quibus passione sua defebatur. Confer ep. 166 et 285 lib. ii, et ep. 97 ac 128 h. i. iv.

181 Quadruplex interpretatio dicti Christi: «Nolite sancta dare canibus, neque projicite margaritas vestras ante porcos, nequando conculcent eas pedibus suis, et conversi lacerent vos.»

182 Psalmorum Davidis variæ inscriptiones quid sibi velint.

183 De Deo rebusque divinis non oportet querere: Quomodo? Confer ep. 476 lib. i.

184 Improbi pœnam non effugient, imo fugiendo fata incurrunt, seque in suis implicat reibus. Quod Jobi exemplo probatur.

185 Objurgatio hominis injuriarum tenacis et ad condonandum illas difficilis, cum esset in pecuniis erogandis liberalis. Si non remittis, non remittetur tibi. Remissio hominis veniam apud Deum parit.

186 Ordo rerum creaturarum convincit esse Deum, ejus ordinis auctorem, non oculis, sed animo contemplandum.

187 Querela de perversitate hominum, omnia ad

virtutem adjumenta et naturæ et gratiæ negligentium.

188 Objurgatio archidiaconi avari et Simoniaci, atque ad officium revocatio.

189 Christum immerito culpabant Pharisei quod convalesceret publicanis et peccatoribus. Gratia est supra legem.

191 Vitiositate laborans nec liberari volens, alioque insuper ea liberatos ut miseros deplorans, ipse deploratæ est sanitatis et commiseratione dignus.

192 Virginitas præstantior est conjugio.

Virginitas cælum, terras connubia replent: Utrum horum, dubitas, sit bonitate prius?

Si tamen omnes homines virginitatem perpetuam colerent, atque a matrimonio abstinerent, brevi inde consecuturum esse, scribit Paulus Silentarius, ut genus humanum interiret. Epigramma ejus ascribam ex Anthologiæ lib. i, tit. 15 εἰς γάμον.

Καλὰ τὰ παρθενίης κειμήλια· παρθενίη δὲ τὸν βίον ὠλεσεν ἂν πᾶσι φυλαττεμένη.

Τούνεκεν ἐνθέσμιος ἔλογον λάβε· καὶ τίνα κόσμῳ ἄδς βροτῶν ἀντι σέθεν· φεῦγε δὲ μαχλοσύνην.

Hoc est

Virginitas pretiosa quidem est res. Verum ea cunctis servata humanum perderet omne genus.

Uxorem quare duc rite, orbique vicissim

Pro te des hominem, spurcitiæque fuge.

Vel, si mavis aliam interpretationem viri amici:

Nobile virginitas donum est: futura sed orbem

Ni supplet, vita cælibe vita perit.

Ergo nequitiam fugiens tibi deligè nuptam,

Ut mundo possis reddere prole vicem.

De comparatione autem virginitatis et conjugii plura dicam in Annotatationibus.

193 In rebus spiritualibus (secus quam in terrenis) quantum volumus, tantum et possumus. Eleemosyna non ex modo dati, sed ex proposito animi æstimanda est, exemplo Christi de vidua duo minuta offerente judicantis.

194 Ethnicorum vanitas seipsam refelli. Fabula de Apolline castam puellam frustra sollicitante ad stuprum vi musica.

195 Hac vita est certaminum, altera præmiorum. Periculosissimum autem est affectibus ac perturbationibus animi succumbere.

196 Injuria non est patientis sed facientis. Nemo nisi a semetipso læditur. Christi exemplum ad injuriarum tolerantiam in nobis gignendam efficacissimum est. Confer ep. 179 h. lib.

197 Homo improbus in sua improbitate non adjuvandus. Non idem indigenis quod exteris permittendum.

198 De institutione Persica, et de iurejurando quod dabant Persæ cum ad virilem ætatem pervenissem.

199 In futura vita concurrere poterunt cruciatuum vehementia et duratio. In hac non item; in qua illud potius valet, quod de dolore est relatum apud Ciceronem. «Si magnus brevis: si longus levis. Quamquam quid potest esse in hac vita longum aut diuturnum, cum in ipsa sit brevis?»

200 Ne in bellis quidem perpetratæ cædes omni noxa carent, propter summam qua inter omnes homines est naturæ communis devinctionem.

201 Resurrectio etiam corporum probatur ex justitia Dei.

202 Christiani Θεοδιδάχτοι relictis rebus mundanis cælestia tantum mediari debent.

203 Regula interpretandi prophetarum oracula, illustri exemplo declarati psalmi lxxi, qui, quamvis in Salomonem fuerit scriptus, multa tamen continet quæ in Salomonem non quadrant, sed Christo potius vero principi pacis conveniunt.

204 Quanto majora præmia hominibus in Novo Testamento proposita sunt quam olim in Veteri, tanto etiam majora ipsis subeunda sunt certamina. Illæ enim duæ res, certamina et præmia sibi invicem respondere debent.

205 Multis exemplis et testimoniis probat, non esse



in oratoris, sed auditoris potestate ut orationem sequatur persuasio: Proinde non esse oratori hoc imputandum aut vitio dandum si sine suo excidat, dummodo nihil eorum, quæ ad officium suum pertinent, prætermiserit.

206 De Diana Ephesina, ejusque signo ab Jove demisso.

207 Rursus eadem de re. Signa διοικητῆν quæ et quare dicta sint. Βπέτα; unde. Historia memorabilis de Ptolemæo rege Ægypti, quomodo statuarios Dianæ in foveam præcipitari curarit, ne simulacrum illud humana manu factum videretur.

208 Diabolica est astutia, arcere homines a lectione, auscultatione et studio sacræ Scripturæ merum mel spirantia, ne inde bona opera sequantur.

209 De differentia legis et Evangelii. Lex peccata punit admissa, Evangelium etiam fontes peccatorum, antequam nascantur, obstruit. Explicatio dicti Christi: « Dictum est antiquis: Oculum pro oculo, et dentem pro dente. Ego autem dico vobis: Nolite resistere malo. »

210 Virtus est medium vitiorum utrinque reductum.

Quod assequi difficile est, ita ne declines ad dextram aut sinistram.

211 De imperscrutabili majestate Dei; expositio dicti Salom. Proverb. xxv. 1: « Gloria Domini celat sermonem; » et dicti Habacuc, iii: « Operuit cælos virtus ejus. »

212 Non tantum verbis, sed et opere ac vita ipsa philosophandum est ei qui non velit se ludibrio exponere. De dicto Isaïæ: « Discite bonum facere. »

213 Accusatio prophetica impietatis hominum adversus Deum, et iniquitatis in proximum plane inexcusabilis. Qui allucinator circa manifesta, videtur etiam amittere fidem in occultis et obscuris. Expositio dicti Ezechielis.

214 Judicandi munus difficillimum. In illud Sirach. vii: « Ne quæras feri judex. » Confer epist. 274 lib. iii.

215 Ut lucerna ab oleo riganda est, sic λόγος διδασκαλικός sive προφορικός ab alterius virtute interna, qui est διάθετος alimentum accipere debet. De dicto Christi: « Sint lucernæ vestræ ardentes. »

216 Solvitur ἀντιλεγόμενον seu ἐναντιοπαρὸς est inter hæc duo Christi dicta: « Nisi abundaverit justitia vestra plus quam Scribarum; » et: « Væ vobis, Scribæ. »

217 De dicto Christi, Joan. iii. 19: « Solvite templum hoc, et in tribus diebus excitabo illud. »

218 Docetur, non repugnare sibi invicem duo ista dicta: « Nolite solliciti esse quomodo aut quid loquamini; » Matth. x; Marc. xiii; Luc. xii. « Parati semper ad reddendam rationem. » I Petr. iii. Martyrum incredibilis invictaque constantia. Sapientie sapientes discipuli.

219 Sacerdotalis sive episcopalis muneris summa difficultas. De dicto Pauli, I Tim. iii: « Si quis episcopatum desiderat, bonum opus desiderat. » Confer ep. 216 lib. iii, quæ ad eundem Palladium scripta est.

A qui die Sabbati ligna collegerat : Deum videlicet hanc  
 sententiam tulisse scribens<sup>29</sup>. Siquidem legis  
 transgressio, tam in parvo ac levi, quam in magno  
 atque atroci crimine judicatur. Nam profecto primi  
 degustatum, acerbissima, et vita et morte multati

CLXXXII. — HERACLIDI EPISCOPO.

Cur margarita Dominus dicitur, et cur mercatori  
 quærenti bonas margaritas regnum celorum com-  
 paratum est.

Is qui ingentis pretii margaritam quæsit, eam-  
 que omnibus suis facultatibus emit<sup>30</sup>, novus est  
 Domini populus, qui paternam et substantiam, et  
 religionem contemnit, ac Dominum gloriæ quærit.

55 Margarita autem idcirco appellatur, quia divi-  
 nitatis profundo copulatus est, solisque piscatoribus  
 atque ipsius interpretibus cognitus.

CLXXXIII. — EIDEM.

Qui descendunt mare in navibus, facientes ope-  
 rationem in aquis multis<sup>31</sup>, sunt divino Numine  
 afflati Domini discipuli, ut qui et ex priore vita  
 instituto id fuerint, et ex piscatoria in mundo ope-  
 ratione ad spiritualem migrarint. Quoniam enim  
 non secus ac fluctuum insultus, humanæ res in-  
 tumescunt ac vicissim sedantur, earum inconstan-  
 tiam divina oracula haud abs re maris nomine  
 appellarunt. Qui autem hoc mare tranquillum red-  
 diderunt, in aquis multis operationem fecisse  
 dicti sunt.

CLXXXIV. — ZOSIMO.

Si Dei patientiam ac lenitatem contemnis, o mi-  
 ser, saltem præsentia te commoveant. Multi enim  
 ad futura cæcutientes, hujus vitæ suggillationes  
 vitant. Quod si et hæc et illa pro nihilo ducis, et  
 hic tui risum, et illic fletum commovebis.

CLXXXV. — EUSEBIO EPISCOPO.

His, qui ope atque auxilio opus habebant, opem  
 ferre potuisses, nisi teipsum fœdis quæstibus atque  
 electionibus prius confecisses. Nam qui te Panso-  
 phio addictum cernunt, hoc est homini ei, qui non  
 modo divino Stephano, cujus munus temere sus-  
 cepit, contumeliam intulit, verum etiam virtutem  
 omnem ex honesto et gravi choro propellere atque  
 obterere studeat, quoniam tandem honore te afficere  
 queat? Quod si et ipsum prohibeas, et teipsum  
 corrigas, hoc consequeris, ut et hujusce vitæ res,

## CLXXXVI. — SERENO TRIBUNO.

*Opportere eos qui fructum serunt simpliciter dona offerre Deo, et non iudicare eorum mediatorem. id est sacerdotem.*

Ne ad calculos dona exigas, verum duntaxat offer. Nam nec is, qui tibi aliquid attulit, curiosius explorat, ubi et quonam pacto illud insumas. Sufficit eum duntaxat dedisse, atque tibi honorem, ac sibi ipsi fiduciam præbuisse.

## CLXXXVII. — EIDEM.

Etsi apud Deum rei atque obnoxii sunt, ut inquis, sacerdotes illi, qui rebus sacris improbe utuntur: at ipse tamen hoc ignoras: ne et largitionis propositum contumelia afficias, **56** modum ac rationem, qua ea expenditur, curiose perscrutans (perinde videlicet ac si ob eam causam dederis, ut ipsius rationem exposcas), et illos, in quos id beneficii contulisti, rationum in futurum referendarum necessitate liberes. Quemadmodum enim qui ostentationis studio boni aliquid agunt, per huiusce vitæ plausus ac laudes futuri præmii detrimento mutantur: eodem modo qui eos, qui subeundo illic iudicio, rationibusque referendis obnoxii sunt, hic prius excutunt atque examinant, eos illic crimine ac supplicio liberant.

## CLXXXVIII. — ASCLEPIO.

*De iis qui terribilem diem contemnant.*

Si cælum libri instar convolvitur, et astra cadunt, et Orion ac terra, et omnia quæ ipsius complexu coercentur, igne conflaurant<sup>22</sup>, cunctaque nuda et aperta<sup>23</sup> magno illi Dominicæ præsentis diei præparantur: ecquid ipse incuria laboras, ac non, ut rationes redditurus, te præparas, verum ut criminum expers, atque incognitus futurus, pœnitentiam differs? Vide igitur ne tum denique tibi in mentem veniat pœnitentia, cum desperationi soli locus erit.

## CLXXXIX. — SERENO.

Pulchrum quidem est pietatis martyres votivis donis ornare, quemadmodum tu facis. Pulchrius autem ac præstantius fuerit, eos, per ea quæ cum virtute ac laude gesserunt, colere. Quamobrem quibus ornatum obtulisti, fac iisdem quoque mores offeras.

## CXC. — PALLADIO.

Puer, qui ob aurium levitatem improbis sermonibus depravatus atque corruptus, abs te profugit,

<sup>22</sup> Apoc. vi, 12, 13; II Petr. iii, 12. <sup>23</sup> Hebr. iv, 13.

## VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(81) Verba, ἀλλὰ πρόσφερε μόνον, absunt a cod. Vat. 649, nec vana suspicio est subditiua esse. Vers. 2 quod editio præfert προκομίτας correctius duo codd. Vat. 649 et Alt. scribunt. προκομίτας. Vers. 3 et 4 pro illis: ἀρκεί γὰρ μόνον τὸ δοῦναι, codex Barberinus, consentiente Altaemai, legit, ἀρκείται γὰρ μόνον τῷ δοῦναι. POSSIN.

(82) Cod. Vatic. 649 cum Alt. ἱεροῦς mutat in ἱεροῦς, et vers. seq. ἀγνοεῖς in ἀγνοεῖ. Vers. 5, pro τούτω δεδωκώς, ἴν' εὐθύνας, etc., sic legit Alt., τούτω δὲ δοκῶσιν εὐθύνας, etc. Vers. 6 pro ἐξέλη cod. Ambro. Vatic. 649 et Alt. habent ἐξελή. Vers. 8. post.

## A ΠΙΓ'. — ΣΕΡΗΝῶ ΤΡΙΒΟΥΝῶ.

*Ἵτι δεῖ τοὺς καρποφοροῦντας ἀπλῶς τὰ δῶρα προσάγειν Θεῷ, καὶ μὴ κρίνειν τὸν τούτων μιστήν, τουτέστι τὸν ἱερέα.*

Μὴ λαγοποιεῖς τὰ δῶρα, ἀλλὰ πρόσφερε μόνον (81). Οὐδὲ γὰρ ὁ σοί [προσ]κομίτας τι, περιεργάζεται, ἔποι και ὅπως χρῆσαι τοῦτω· ἀρκεί γὰρ μόνον τὸ δοῦναι, και σοι τιμὴν, και ἑαυτῷ παρῆρσιαν ὀρίξει.

## ΠΙΖ'. — Τῶ ΑΥΤῶ.

Εἶχαί τῷ Θεῷ ὑπόδοικοι, ὡς ἔφη, οἱ κακῶς χρώμενοι τοῖς ἱεροῖς (82) τυγχάνουσιν ἱερεῖς, ἀλλ' αὐτὸς τοῦτο ἀγνοεῖς· μὴ και τὴν πρῆβειν τῆς δωροφορίας ὄβρισης, τὸν τρόπον τῆς δαπάνης αὐτῆς ἐρευνῶν, ὡς ἐπὶ τούτω δεδωκώς, ἴν' εὐθύνας αὐτῆς ἀπαιτῆς, κακείνου τοῦ μέλλοντος ἐξέλη λογοθεσίου. Ἵσπερ γὰρ εἰ ἐπιδεικτικῶς εὐ ποιῶντες, τοῖς ἐνταῦθα κρότοις τὴν ἐκείθεν ἀμοιβὴν ζημιῶνται· οὕτω, οἱ τοῖς ἐκείσε δίκην χρεωστοῦντες, ἐνταῦθα προεξετάζοντες, τῆς ἐκείθεν ἀφιάσιν αἰτίας και τιμωρίας.

## ΠΠΙΡ. — ΑΣΚΛΗΠΠῶ.

*Περὶ ἀμαλούντων τῆς φοβερᾶς ἡμέρας.*

Εἰ [ὁ] οὐρανὸς ὡς βιβλίον ἐλίσσεται, και τὰ ἀστρα πίπτει, και Ἵριων, και (83) γῆ, και τὰ ἐν αὐτῇ κατακαίεται, και πάντα γυμνά και τετραχρητισμένα τῆ μεγάλη ἡμέρᾳ τῆς τοῦ Κυρίου παρουσίας ἐτοιμάζεται· τοῦ χάριν αὐτὸς ἀμαλεις, και οὐχ ὡς εὐθύνας ὑφέξων εὐτρεπίζη, ἀλλ' ὡς ἀνέγκλητος λησόμενος, ἀναβάλλη τὴν μεταμέλειαν; Ὅρα οὖν μὴ τότε σοι ἐπέλθῃ ἡ μετάνοις, ὅτε μόνη πάρασιν ἡ ἀπόγνωσις.

## ΠΠΘ'. — ΣΕΡΗΝῶ.

Καλὸν μὲν τὸ τιμᾶν τοὺς μάρτυρας τῆς εὐσεβείας τοῖς ἀναθήμασιν, ὅπερ αὐτὸς πεποίηκας. Κρεῖττον δὲ τὸ θεραπεύειν αὐτοὺς οἷς ἐποίησαν (84) κατορθώμασιν. Οἷς τοίνυν προσενήνοχας τὸν κόσμον, καρποφόρησον αὐτοῖς και τὸν τρόπον

## ΠΙ'. — ΠΑΛΛΑΔΙῶ.

Ὁ παῖς ὁ πεφευγώς σε δι' εὐχέρειαν ἀκοῆς λόγοις φαύλοισ (85) φθαρεῖς, ἦκέ σοι δι' εὐπειθειαν, εὐνοίαν

ἀμοιβὴν, cod. Vat. 649 addit. ζητοῦντες. Vers. cod. et 9 pro τοῖς ἐκείσε δίκην χρεωστοῦντες cod. Vat. 649 legit, τοὺς ἐκείσε δίκην χρεωστοῦντας. Id.

(83) Duo hiatus vers. 2 recte explebuntur additis articulis ὁ et ἡ. Pro primo auctor est cod. Vat., consentiente Alt.; secundum pronia suadet conjectura. Id.

(84) Pro ἐποίησαν cod. Alt. legit ἐποίησας. Id.

(85) Tres cod.: Vat. 649. Sfort. et Alt. φαύλοισ recte in φαύλων mutant, moxque pro ἦκέ σοι melius legunt ἦκα σοι. Vers. 3 pro διδαχθεῖς duo codd. Sfort. et Alt. habent παιδευθεῖς, quod mihi quidem magis arridet. Id.

παρ' ἡμῶν διδαχθεῖς. Δέχου τοίνυν εὐμενῶς, καὶ ἡμῖν καὶ σαυτῷ χαρισούμενος· ἡμῖν τὴν ἀγάπην, σαυτῷ δὲ τὴν χρεῖαν. *modabis : nobis videlicet charitatem et benevolentiam, tibi ipsi autem officium atque obsequium præstans.*

**PLA'. — ΚΑΛΛΙΟΠΙ.**

*\*Οτι καλὸν τὸ φεύγειν (f. add. τὰς) πολιτείας· καὶ πρὸς ἄρχοντας.*

Ἡμεῖς τὰς πόλεις ὡς θορυβώδεις πεφεύγαμεν, καὶ θορύβους ἐπὶ τῆς ἐσχατιᾶς εὐρήκαμεν. Οἱ γὰρ ἡγεμόνες τῆς πολιτείας, οἱ τὰς πόλεις ἡρμεῖν παρασκευάζουσιν ὀφειλοντες, νῦν τὰς ἐρημίας πολλῶσιν, τοὺς οἰκοῦντας αὐτὰς τρέποντας εἰς φυγάδας (86), καὶ ἡμῖν δακρυώδεις ἐπαντελοῦντες φωνάζ. \*Οτι δὲ θεῖον τὸ συμπαθεῖν, εὐ οἶδα καγὼ· ὅτι δὲ τὸ πρὸς ἐκδίκησιν ἀσθενὲς προσθήκη ἐστὶ τῆς πληγῆς, καὶ τοῦτο οὐκ ἀγνώ. Αὐτὸς οὖν ὡς ἔχων τὸ δύνασθαι, καὶ ἀρκῶν πρὸς τὴν ἄμυναν, καὶ παῦσον τὴν ἀδικίαν, καὶ στήσον τὴν πολιτείαν, καὶ δὸς ἡμῖν ἡσυχίαν, στεῖλας τοὺς θρήνους τῆς ἐρημίας.

**PLB'. — ΛΑΜΠΕΤΙΩ.**

*Διὰ τί ὁ Ἰακώβ ἐν τῷ τίκτεσθαι τῆς πτέρνης ἐπειλήπητο τοῦ Ἡσαῦ.*

Τῆς πτέρνης Ἡσαῦ ὁ Ἰακώβ ἐπειλήπητο ἐν τῷ τίκτεσθαι, τοῦτο σημαίνων διὰ τοῦ σχήματος, ὅτι ὁ νοῦς ὁ βλέπων θεὸν καθαρῶς (τοῦτο γὰρ Ἰσραὴλ ἐρμηνεύεται), περριζεῖ τὰ πάθη τὰ γαστρίμαργα· ὅπερ ἐπ' αὐτῶν ἐξέλιπον τετέλεστο, ἦνίκα τὴν ἀκατέρητον λύτταν ὁ Ἐδὼμ ἐπέδειξαν, καὶ τῆς προσουγενείας τὴν τιμὴν οἰκτείν ἐποίησε βρώσεως.

**PLΓ'. — ΤΩ ΑΥΤΩ.**

*Τί ἦνίξατο, τὰ τῶν ἐρίφων δέρματα ὁ Ἰακώβ περιθέμενος*

Ὁξέως ἐπιβάλλεις τοῖς ἐνθυμήμασι, καὶ δριμύτως θηρεύεις τὰ κεκρυμμένα αἰνίγματα. Τὰ δέρματα τῶν ἐρίφων ὁ Ἰακώβ περιθέμενος, καὶ τὴν εὐλογίαν τοῦ πατρὸς πορισάμενος, τὸν Κύριον ἡμῶν καὶ Σωτῆρα ἦνίξατο, τὴν ἐναμάρτητον (87) φύσιν ἀναμαρτήτως διεξίμενον, καὶ τὰ πάθη αὐτῆς ἐν ἑαυτῷ θανατώσαντα· τοῦτο γὰρ δηλοῖ ἡ τῶν νεκρῶν δερμάτων περιέσεις· ἐπειδὴ οὐδὲν ἐριφῶδες λοιπὸν ἐν τῇ φύσει κατέλιπε, τῆς εὐνοῦμου στάσεως καὶ κρίσεως ἄξιον. Ἀλλὰ νεκρώσας αὐτῆς τὰ γήινα μέλη, καὶ βρώσιν προσφιλή τῷ Πατρὶ προσεκόμισε, τὴν ἡμετέραν ἀεὶ παινώντι σωτηρίαν, καὶ ἡμῖν ἐν ἑαυτῷ τὴν ἀναφαίρετον εὐλογίαν ἐπήγαγεν.

**PLΔ'. — ΟΡΙΩΝΙ ΜΟΝΑΧΩ.**

*Περὶ τῆς παραβολῆς τῶν ζιζανίων.*

Πόθεν, ἔφη, οἱ ποτηροὶ λογισμοὶ ἐκ τῆς καρδίας

<sup>86</sup> Gen. xxv, 25. <sup>87</sup> Gen. xxvi, 16. <sup>88</sup> Matth. 25 seqq.

VARIAE LECTIONES ET NOTAE.

(86) Pro φυγάδας codd. Vat. 649 et Alt. φυγάς legitur. Pos IX.

(87) Pro ἐναμάρτητον, cod. Alt. legit ἐνάμαρτον.

*A propter obedientiam ad te redit, benevolentiam a nobis edoctus. Quocirca facili ac placido animo eum excipe. Sic enim, et nobis, et tibi ipsi com-*

**CXCI. — CALLIOPIO.**

*Fugiendam esse reipublicæ administrationem : et ad magistratus.*

Nos urbes, ut tumultibus laborantes, fugimus : atque in solitudine tumultus invenimus. Etenim reipublicæ duces, qui pro suo munere tranquillitatem urbibus conciliare debent, nunc solitudines in urbes committant, earum videlicet incolas in exsules convertentes, nobisque lugubres voces infundentes.

**B** Quod autem divina res sit commiseratio, ipse quoque scio. Quod item ulciscendi imbecillitas, plagæ accessio sit, ne id quidem ignoro. Tu ergo, ut qui et opibus ac potentia præditus, et vindicandis injuriis par sis, injuriam comprime, atque reipublicam constitue, nobisque quietem tribue, sedatis nimirum et extinctis solitudinis luctibus.

**CXCII. — LAMPETIO.**

**57** *Cur Jacob cum nasceretur, Esau plantam arripuit<sup>58</sup>.*

Jacob Esau plantam in ortu arreptam tenebat : hoc videlicet per hanc speciem significans, quod mens, quæ Deum per puritatem cernit (id enim si interpreteris, Israel sonat) gulæ affectus supplantat. Quod quidem in illis ipsis impletum est, cum Edom effrenatæ ejusdem rabiei significationem dedit, ac primigeniorum honorem edulii servum effecit.

**CXCIII. — EIDEM.**

*Quidnam innuerit illud, quod Jacob hædorum pellibus se contexerit<sup>59</sup>.*

Ingeniose et argute animum cogitationibus adjectis, atque acute occulta ænigmata venaris. Jacob hædorum pellibus contactus, ac paternam benedictionem consecutus, Dominum ac Salvatorem nostrum significavit, qui peccato obnoxiam naturam citra peccatum suscepit, ac vitiosos ipsius affectus in seipso interemit (hoc enim mortuarum pellium indumentum designat). Quandoquidem nihil jam hædinum, ac sinistro latere atque condemnatione dignum in natura reliquit, verum terrenis ipsius membris morte affectis, Patri, perpetua salutis nostræ fame flagranti, gratam ac minime eripendam benedictionem fontis in morem protulit.

**CXCIV. — ORIONI MONACHO.**

*De zizaniorum parabola<sup>60</sup>.*

Unde est, inquis, quod male cogitationes o

corde exemt, et coinquant hominem? Nimirum quia dormiunt agricole, qui excubias agere debebant, atque exorientem boni seminis fructum tueri et conservare. Nam nisi ingluvie ac veterno custodiam nostram prodidissetus, divina videlicet imagine contaminata, hoc est præclaro semine adulterato, zizaniorum sator, qua ad nos irreperet, non invenisset, nec zizania igne digna in nobis effecisset.

## CXCIV. — EIDEM.

In idem.

Vis abeuntes colligamus zizania? aiunt angelicæ virtutes, divinæ voluntati benevolæ semper animo administram operam præbere cupientes. Quoniam et segnitiam nostram ac socordiam, et ingentem Dei lenitatem conspiciunt. Verum hoc facere prohibentur, ne una cum zizaniis evellatur et triticum: hoc est, ne rapiatur peccator ad vitæ emendationem spectans, ne una cum improbis parentibus insontes liberi simul excendantur, **58** qui adhuc quidem sæpe in paternis lumbis sunt, verum apud Deum, utpote occulta cernentem, jam existunt. Angelorum enim classes, ut conservæ naturæ, ea quæ nondum præsentia sunt ignorant. Deus autem et intelligit, et persæpe istud fecit. Neque enim Esau peccantem<sup>37</sup>, nondum edita prole, demessuit, ne una quoque Jobum evelleret, qui ex eo genus duxit; nec item Matthæum portoribus exigendis operam dantem<sup>38</sup> morte affecit, ne Evangelii prædicationem impediret; nec libidini atque impudicitie studentes meretrices oppressit, ne penitentiae exempla deessent<sup>39</sup>; nec Petri abjuramentum ultus est, quoniam calentes ipsius lacrymas prospiciebat<sup>40</sup>; nec persequentem<sup>41</sup> Paulum morte abscedit: ne orbis terrarum fines salute frustrarentur. Omnia ergo zizania, quæ messem expectant<sup>42</sup>, nec ad penitentiae fructum sese convertunt, magno igni præparantur, ut quæ sterilitate prorsus laborant.

## CXCVI. — SERENO.

In illud Exodi, « Petite singuli de vicinis vasa argentea et aurea, » etc.

Non est iniqui iudicii, quemadmodum putas, iis, qui plurimos labores et arumnas pertulerant, ac domos extruxerant<sup>43</sup> imperasse, ut Ægyptios spoliarent, aureaque atque argentea vasa ab illis acciperent<sup>44</sup>, quibus labores suos impenderant: verum perquam etiam integri ac religiosi iudicis, dignum cibo esse operarium sancientis<sup>45</sup>. Nam si quis nostrum cognitionis spiritum assecutus esset,

<sup>37</sup> Hebr. xii. <sup>38</sup> Matth. ix. 9. <sup>39</sup> Matth. xxi, 51; Luc. vii, 37. <sup>40</sup> Matth. xxvi, 75. <sup>41</sup> Act. ix, 1 seqq. <sup>42</sup> Matth. xiii, 24. <sup>43</sup> Exod. i, 11. <sup>44</sup> Exod. xi, 2. <sup>45</sup> Luc. x, 7.

## VARIÆ LECTONES ET NOTÆ.

(88) Recte Cod. Vat. 649 et Alt. γενομένων mutant in τενομένων. Vers. 14. Idem pro συνεκτέμῃ habent συνεκτέμη. POSSI.

(89) Vide notas ad lib. iv, ep. 87.

— Lacunam primi versus coæquant cod. Vatic.

ἄξερχονται, καὶ κοινοῦσι τὸν ἀνθρωπον; Ἐκ τοῦ καθεύδειν τοὺς γεωργοὺς ἐργηγορεῖν ὀφείλοντας, καὶ φυλάττειν τοῦ καλοῦ σπέρματος τὸν καρπὸν ἀναθάλλοντα. Εἰ γὰρ μὴ κόρῳ καὶ κάρῳ τὴν ἐαυτῶν φυλακὴν προδεδώκειμεν, τὴν θεῖαν εἰκόνα μολύναντες, τοῦτέστι τὸ καλὸν σπέρμα νοθεύσαντες, ὁ τῶν ζιζανίων σπορεὺς οὐκ ἂν εὔρα παρείσθυσιν, καὶ ἄξια πυρὸς ζιζάνια [ἐν] ἡμῖν κατεργάσατο.

## PLV. — Τῷ ΑΥΤῷ.

Εἰς τὸ αὐτό.

Θέλεις ἀπελθόντες συλλέξοιμεν τὰ ζιζάνια; αἱ ἀγγελικαὶ δυνάμεις φασί, διακονεῖν αἰετῷ θεῷ ἐλεῆματι εὐνοϊκῶς ἐπιθυμοῦσαι, ἐπειδὴ καὶ τὴν ἡμῶν ὀλιγωρίαν καὶ τὴν τοῦ Θεοῦ πολλὴν ὀρωσι μακροθυμίαν. Ἀλλὰ πρᾶξι τοῦτο κωλύονται, μὴ συνεκτεμῆθῃ τοῖς ζιζανίοις ὁ σίτος, μήποτε ἀρπαγῇ ἀμαρτωλῶς πρὸς διόρθωσιν βλέπων, μὴ πονηρῶν γενομένων (88) γονέων συνεκκοπῇ ἀκατάγνωστα τέκνα, ἐπὶ μὲν πολλάκις ἐν ὀσφύϊ δυντα πατρικῇ, Θεῷ [δὲ] ὑφεττώτα ὡς τὰ κεκρυμμένα ὀρῶντι. Αἱ γὰρ τάξει τῶν ἀγγέλων, οἷα τῆς φύσεως σύνδουλοι, τὰ μήπω παρόντα ἀγνωοῦσιν. Ὁ δὲ Κύριος καὶ συνιεῖ, καὶ πολλάκις ἐποίησεν. Οὐκ ἐθέρισεν ἄτεκνον τὸν Ἰσαὺ ἀμαρτάνοντα. Ἰνα μὴ συνεκτί[λ]ῃ τὸν Ἰώβ, ἐξ ἐκείνου γινόμενον· μὴ θανατώσας τελωνοῦντα Ματθαῖον, ἵνα μὴ κωλύσῃ τὸ εὐαγγέλιον· μὴ νεκρώσας ἀτελοῦσας πόρνας, ἵνα μὴ τῆς μετανοίας οἱ τύποι ἀργήσωσιν· μὴ ἀμυνάμενος τοῦ Πέτρου τὴν ἀρησίαν, ἐπειδὴ τὸ θερμὸν προέδρακε δάκρυον· μὴ ἐκκόψας τελευτῇ τὸν Παῦλον διώκοντα, ἵνα μὴ ἀστοχῆσιν σωτηρίας τῆς οἰκουμένης τὰ τέρματα. Ὅσα τοίνυν τὸν θερισμὸν περιμένει ζιζάνια, καὶ πρὸς καρπὸν μετανοίας; οὐ τρέπεται, τῷ μεγάλῳ πυρὶ ἐτοιμάζεται, ὡς παντελῇ ἀκαρπίαν νοσήσαντα.

## PLV. — ΣΗΡΗΝΩ (89).

Ἐπιστολαὶ τῆς Ἐξόδου, « Αἰτήσασθε ἕκαστος παρὰ τοῦ πλησίον σκευὴ ἀργυρᾶ καὶ χρυσᾶ, » καὶ τὰ λοιπά.

Οὐκ ἔστιν ἀδίκου κρίσεως, ὡς οἶει, τὸ κελεῦσαι τοὺς πλεῖστα μοχθήσαντας, καὶ πόλεις σὺν πόνῳ οἰκοδομήσαντας, σκυλευσαι τοὺς Αἰγυπτίους, [καὶ] χρυσία λαβεῖν ἢ ἀργύρια παρ' ἐκείνων, οἷς [τοὺς] πόνους κατέθεντο. Ἀλλὰ καὶ σφόδρα ἀδεκάστου χριτοῦ, ἄξιον εἶναι τῆς τροφῆς ἐργάτην θεοπίστον. Εἰ γὰρ τις ἡμῶν καὶ γνωστικοῦ ἐπέτυχε πνεύματος, εὔρεν ἂν παρὰ πολλὸν τὸν μισθὸν, καὶ οὕτως

649 et Alt. inserendo, θαυμάσιε. Vers. 6 cod. Vat. pro τ εἶναι, ἀδjungit, οἶμαι, et post τροφῆς addit τόν. Vers. 8 pro his, παρὰ πολλὸν τὸν μισθόν, ambo cold. habent, παρὰ πλοῦτον θεοσόν. Idem vers. ult. pro προσέβηκε legitur παρέδωκε. Ib.



δεδομένον, τῆς καταδύου πλινθείας, καὶ πολυστε-  
νάκτου οἰκοδομίας, δι' ἣν αὐτοῖς ὁ δίκαιος κριτῆς  
καὶ τὴν χάριν πρὸς τὴν χρῆσιν προσέθετε.  
ob quam justus iudex ipsis quoque gratiam ad res  
inferiorem fuisse<sup>46</sup>.

## ΡΥΖ'. — ΚΥΡΩ.

Κόπος, καὶ τύφος (90), καὶ δόξα κενή, οὐ συνιστᾷ  
τῇ ἀνω λαμπρότητι, ἀλλὰ τρόπος; χρηστῶς, καὶ βίος  
σεμνὸς, καὶ κοινωνία πρὸς τοὺς χρῆζοντας ἀνεπί-  
δεικτος. Τοῖς γὰρ ἐνταῦθα ἐπαίνοισι, καὶ ἡ ἀμοιβὴ  
τῆς εὐπορίας συγκαταλέγεται. Εἰ δέ τις τὴν ἐκεῖθεν  
ἀνταπόδοσιν ζητεῖ, καὶ νῦν λαμβάνει ἀπαρχάς, κά-  
καὶ πλούσιον κομίζεται γέρας.

## ΡΛΗ'. — ΤΩ ΑΥΤΩ (91).

Ὅτι τὴν Ἰσὴν δίκην οἱ Αἰγύπτιοι ἀπέλαβον ἐπὶ  
τῆς Ἐρυθρᾶς, ἀντὶ τῆς ἀρρενοφορίας (s. ἀρρε-  
νοφορίας, vel ἀρρενοφθορίας) τοῦ Ἰσραήλ.

Ἐπειδὴ ἀριστά σοι εἶπας πεφνημένοι τὰ πρότερα,  
δέχου καὶ ἄλλην οὐκ ἀναξίαν ἐκείνης διάνοιαν. Τὴν  
τῶν Ἐβραίων ἀρρένων μαιφονίαν ὁμοίᾳ θεὸς ἀντι-  
ημισύατο ἐκδικήσει, ἐν τῇ Ἐρυθρᾷ πάντας ἀρρένας  
ἀποπνίξας, ἵνα καὶ τοῖς σώμασιν ἔχη ἡ δίκη τὸ  
ἴδιον. Πρόσχευε τοίνυν ἀσφαλῶς, καὶ μὴ μέμφου  
πρᾶπτως.

## ΡΛΘ'. — ΔΙΑΥΜΩ.

Εἰς τὸ εἰρημένον, « Ὅμοια ἐστὶν ἡ βασιλεία τῶν  
οὐρανῶν κόκκῳ σινάπιδος. »

Κόκκῳ σινάπιδος τὴν οὐράνιον βασιλείαν ἀπεικά-  
ζει ὁ Κύριος, πλείστων ἕνεκα τρόπων διὰ τὴν  
εὐτέλειαν τῆς ἐν τῇ οἰκείᾳ συγκαταβάσει πτωχείας,  
ἀφ' ἧς ἡμῖν ἡ σικὴ καὶ ἀνάψυξις ἀπὸ πασῶν τῶν ἐν  
τῷ βίῳ γέγονεν ὀδυνῶν διὰ τὴν ἐν ἀρχῇ τοῦ Εὐαγ-  
γελίου τοῦ ποιμνίου σμικρότητα διὰ τὴν ἐμφυτον  
τοῦ κόκκου δριμύτητα, ἧς καὶ χρῆζει ὁ τῆς στε-  
νῆς ἔμπορος ὕδου, διὰ τὸ μὴ διακόπτεσθαι, ἀλλὰ  
τὴν ἀδιαίρετον σῶζειν ὑπόστασιν. Ὁ γὰρ Θεὸς  
ἐνωθεὶς, καὶ εἰς ἓνα τέλειον ἄνθρωπον συναρμολο-  
γηθεὶς, ἀδιαίρετον ἔχειν καὶ ἄμτητον τὴν πρὸς αὐτὸν  
ὄφειλε συνάφειαν, οὐδεὶς (92) πάθει χωριζομένην,  
ἀλλ' ὅλην αὐτῷ συντεταγμένην.

## Σ'. — ΗΡΩΝΙ ΔΙΑΚΟΝΩ.

Περὶ δακρῶν καὶ μεταβολῆς. Εἰς τὸ γεγραμμέ-  
νον ἐν τῷ Ἀμώς: « Τὰ ἰμάτια αὐτοῦ δεσμεύου-  
τες, ἐπόουν παραπετάσματα. »

Ἡ τῶν προφητικῶν ῥημάτων διάνοια, τοιαύτην  
ἔχει σφήνεια: Ἐκάλυπτον δάκρυσι τὸ θυσιαστήριον

A illud utique invenisset, mercedem hanc, atque ad  
hunc modum datam, laboris in conficiendis lateri-  
bus suscepti acerbitate, ac luctuosa ædificatione,  
hujusmodi commodato accipiendas indidit, longe

## CXCVII. — CYRO.

Pompa, et fastus, atque inanis gloria, supernum  
splendorem minime conciliat, verum mores probi,  
ac vita honesta, et ostentationis expertus honorum  
communicatio cum iis qui inopia conflictantur.  
Etenim cum hujus vitæ laudibus beneficii quoque  
dati merces una exstinguitur. Sin autem quispiam  
futuram mercedem querit, ille et nunc primitias  
accipit, et illic amplum et copiosum præmium  
refert.

## CXCVIII. — EIDEM.

Æquales pœnas dedisse Ægyptios in mari Rubro pro  
masculorum occisione.

Quoniam optima tibi priora visa esse dixisti,  
aliam quoque illa minime indignam sententiam  
accipe. Nefariam masculorum Hebræorum cædi Deus  
eamdem ultionem ac pœnam rependit, omnibus  
maribus in Rubro mari oppressis ac suffocatis<sup>47</sup>:  
59 quo nimirum cum corporibus quoque pœna  
similitudinem haberet. Quocirca prudenter attende,  
non autem temere reprehende.

## CXCIX. — DIDYMO.

In illud, « Simile est regnum cælorum grano  
sinapis<sup>48</sup>. »

Plurimis de causis Dominus cælorum regnum  
sinapis grano comparavit: nempe ob paupertatis,  
quam pro indulgenti sua demissione subiit, vilita-  
tem, quæ nobis umbram atque ab hujus vitæ dolo-  
ribus levationem conciliavit; ob ovis, in Evange-  
lii primordiis, tenuitate; ob naturalem sinapis  
acrimoniam, qua etiam opus habet is, qui per ar-  
ctam viam [mercaturæ causa] graditur, ac denique  
quia ne sectione quidem amputatur, verum indivul-  
siam hypostasim conservat. Na n qui Deo copu-  
latus, atque in unum perfectum hominem compa-  
ctus est, ejusmodi cum eo conjunctionem habere  
debet, quæ dividi ac scindi nequeat, nec ulla cala-  
mitate divelli possit, verum omni ex parte cum eo  
conjuncta sit.

## CC. — HERONI DIACONO.

De lacrymis et pœnitentia, in illud Amos, « Vesti-  
menta ejus ligantes, faciebant vela<sup>49</sup>. »

Propheticorum verborum sententia hanc expa-  
nationem habet: operiebant lacrymis altare meum,

<sup>46</sup> Exod. i, 14. <sup>47</sup> Ibid. 16. <sup>48</sup> Matth. xiii, 51. <sup>49</sup> Amos ii, 8.

## VARIE LECTIONES ET NOTÆ.

(90) Initium hujus epistolæ sic in codd. Vatic. 649 et Alt. exstat: Κόπος καὶ τύφος, etc. hiden vers. ult. pro κομίζεται: γέρας legitur κομίζει πέρας. Possim.

(91) In codd. Alt. et Vat. 649 hæc epistola inscribitur Σερήνω, Sereuo. Id.

(92) Pro οὐδεὶς, quod sine dubio vitiosum est, recte substituit cod. Alt. οὐδενί. Id.

sit Deus, lacrymis, inquam, eorum qui injuria alliebantur, quibusque facultates suæ eripiebantur, atque calumniæ comparabantur. Eoque nomine hæc ipsis crimini vertit, cum iis succenset, eaque calamitates illas, quæ post evenerunt, conflavisse pronuntiat. Nam alioqui pœnitentiæ lacrymæ non modo reprehensione carent, verum etiam Deo, thymiamatis instar, gratæ ac jucundæ sunt. Vestimenta autem ligata, atque altare obvelantia, quanta ipsorum animus divini numinis contemptione laboraret, indicabant. Nam cum lex ediceret<sup>60</sup>, ut divinum templum puris atque ingentis pretii materies exornaretur, ipsi contra impuras ac sordidas vestes circa sanctius adytum alligantes, contumelie notam templo innuebant: non modo inter purum et impurum minime distinguentes<sup>61</sup>, sed ne quidem inter Deum et res impuras discrimen ullum statuentes. Quæ quidem etiam ipsis tot malorum fontes aperuerunt.

## CCI. — DIDYMO.

*Quomodo assimilatum est regnum cælorum fermento*<sup>62</sup>

Cælorum regnum fermento comparatum est: hoc est Domini ac Salvatoris nostri incarnationi peccati omnis experti, **60** quæ universum terrarum orbem conspersit: et unius corporis ex nostra substantia atque a Dei genitrice Maria sumpti, coaugmentationi, quæ homines omnes, qui ab orbe condito exstiterunt, ad novum ortum renovavit<sup>63</sup>.

## CCII. — MACARIO EPISCOPO.

Recte quidem, ut mihi persuadeo, novos Ecclesiæ ministros instituis: male autem eosdem laudas. Vide ne hujusmodi laudibus inflectantur, contentionisque suscitata spoliatur, illisque hoc Iuanis opinio atque arrogantia afferat, ut intentionis animique nervorum jacturam faciant.

## CCIII. — ZENODOTO.

Cum et Noe agriculturæ suæ periculum fecerit, ignorans quidnam ex vino ipsi acridisset<sup>64</sup>: et Lot item a vino in amentiam inflexus sit, paterque in senili ætate haud sponte ac voluntarie factus sit<sup>65</sup>, et Herodes temulentia ludus effectus, magni Joannis cruore mensam suam ac pectus tinxerit<sup>66</sup>, et denique omnia hominum vesana crimina a vino promanent<sup>67</sup>, quid tu voluntarium furorem accersis, ac non pudicam et temperantem moderationem amplecteris?

## CCIV. DIDYMO.

Quemadmodum sagena, quæ in mare projicitur,

<sup>60</sup> Exod. xv, 4. <sup>61</sup> Ezech. xxi, 26. <sup>62</sup> Matth. xiii, 33. <sup>63</sup> Joan. iii, 3. <sup>64</sup> Genes. ix, 20. <sup>65</sup> Genes. xix, 35. <sup>66</sup> Matth. xiv, 4. <sup>67</sup> Eccli. xix, 2, et xxxi, 30.

## VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(93) Pro ἡδέα cod. Alt. habet ἰδία. Item cum Vat. vers. seq. pro καταπετάζοντα legit παραπετάζοντα. Id.

(94) Pro ληφθέντος cod. Vatic. 619 habet ἀναληφθέντος. POSSIN.

(95) Cod. Sfort. omittit μέν. Vers. 4 cod. Alt.

μου, φησὶν ὁ Θεός, δάκρυσιν ἀδικουμένων, ἀρπαζομένων, συκοφαντουμένων. Τούτου χάριν καὶ ἐπ' ἐλέγχου τίθησι ταῦτα μεμφόμενος, καὶ τῶν συμβάντων ἀπηχῶν ταῦτα τυγχάνειν ἀποφηνάμενος αἴτια. Τὰ γὰρ τῆς μεταγνώσεως δάκρυα, οὐ μόνον ἀκατηγόρητα, ἀλλὰ καὶ ἡδέα (93) ἐστὶ τῷ Θεῷ, ὡς θυμίαμα. Τὰ δὲ ἱμάτια τὰ δεσμούμενα, καὶ τὸ Ουσιαστήριον καταπετάζοντα, τὴν καταφρονητικὴν αὐτῶν περὶ τὸ Θεῖον ἐμφαίνει διάθεσιν. Τοῦ γὰρ νόμου ἐκ καθαρῶν καὶ τιμῶν ὑλῶν τὴν περὶ τὸν Θεῖον νεῶν τάσσοντος διακόσμησιν, αὐτοὶ ῥυψώσας καὶ ἀκαθάρτους ἐσθῆτας περὶ τὸ ἅγιον τῶν ἁγίων δεσμοῦντες, καθύβριζον τὰ ἀνάκτορα· μὴ μόνον μεταξὺ καθαρῶν καὶ ἀκαθάρτου μὴ διαστελλόντες, ἀλλὰ ἀνὰ μέσον Θεοῦ καὶ ἀκαθάρτων μὴ διακρίνοντες, ἅπερ αὐτοῖς καὶ τῶν τοσούτων κακῶν τὰς πηγὰς ἀνεστόμωσα.

## ΣΑ'. — ΔΙΔΥΜΩ.

*Πῶς ὁμοιωθῆ ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν ζύμη.*

Ζύμη ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν ἀφομοίωται, τῇ τοῦ Κυρίου καὶ Σωτῆρος ἡμῶν ἀναμαρτήτῳ σαρκίῳσει, ἀναφύρασάσῃ τὸν ἅπαντα κόσμον, καὶ ἐνδὸς σώματος ὑποστάσει, ἐκ τῆς ἡμετέρας οὐσίας καὶ τῆς θεοτόκου Μαρίας ληφθέντος (94), τὴν ἀπ' αἰῶνος ἀνθρωπότητα εἰς παλιντοκίαν ἀνακαινίσασῃ.

## ΣΒ'. — ΜΑΚΑΡΙΩ ΕΠΙΣΚΟΠΩ.

Καλῶς μὲν (95) ἄγεις τοὺς νέους τῆς Ἐκκλησίας λειτουργοὺς, πέπεισμαι· κακῶς δὲ τούτους ἐπαινεῖς. Πρόσεχε μὴ τοῖς ἐγκωμοῖς ἀνακλιθῶσι, καὶ τῶν τόνων τὸ ἡδὺ συληθῶσιν, οἰήσει τὴν συντονίαν ζημιωθέντες.

## ΣΓ'. — ΖΗΝΟΔΟΤΩ.

Εἰ καὶ Νῶς τῆς οἰκείας γεωργίας πεπείρατο, ἀγνοήσας ὃ πέπονθεν ἐξ οἴνου· καὶ Λῶτ εἰς ἄνοιαν (96) ἐκλίθη ὑπὸ οἴνου, καὶ πατὴρ ἐν γῆρει ἀβουλήτως γεγένητο· καὶ Ἠρώδης μέθης γενόμενος παύγιον, τῷ τοῦ μεγάλου Ἰωάννου αἵματι τὴν τράπεζαν αὐτοῦ καὶ καρδίαν ἐφοίνιζε· καὶ πάντα τὰ ἄλογα τῶν ἀνθρώπων ἐγκλήματα, οἴνου ἐστὶν ἀποδύσματα· τί τὴν αὐθαίρετον ἐφέληκῃ μανίαν, καὶ οὐ τὴν σώφρονα περιάπτεις συμματρίαν

## ΣΔ'. — ΔΙΔΥΜΩ.

*Ὡςπερ ἡ ῥιπτομένη ἐν θαλάσῃ σαγήνη, διά-*

τόνων mutat in τόνων. Id.

(96) Pro εἰς ἄνοιαν cod. Vat. 649 legit, εἰς ἄνομον. Vers. sep. pro ἀβουλήτως cod. Alt. habet ἀβουλήτω. Vers. 6 ἐφοίνιζε vers. mutavit cod. Vat. 649 et Alt. in ἐφοίνιξε. Vers. pen. iidem pro περιάπτεις habent περιέπτεις. Id.

φορον (97) ἔχει τὸν συγκλεισμὸν τῶν γενῶν τῶν ἰχθύων· οὕτως ἡ αἰώνιος τοῦ Χριστοῦ βασιλεία, τὴν ἐκ παντὸς ἔθνους ἀνθρώπων πληθὺν δεχομένη, ἀνάλογον τῇ πίστει τῆν σωτηρίαν ὀρίζει, οὐ γένους ἀξιοπιστία, [οὐκ ἀξίας σεμνολογία.] οὐκ ἰερατεία, οὐ βασιλεία ἀναξία τῆς κλήσεως τὴν τρυφὴν διανέμουσα, ἀλλὰ τρόπον καὶ βίην πρὸς καθαρότητα νεύσαντι, καὶ πρὸς τὴν θήραν τῶν ἀληθῶν ἀλιείων ὀρμήσαντι.

## ΣΕ'. — Τῶ ΑΥΤῶ.

Τὰ καλὰ συνάγεται εἰς ἄγγη, καὶ τὰ κακὰ ἐξωβάλλεται τῆς σαγήνης, ἐρουνωμένης, φησὶ, τῆς τοῦ Κυρίου Ἐκκλησίας, ἐπειδὴ πάντες τῷ Χριστοῦ ὀνόματι ἐσφραγίσθησαν, καὶ εἰς μίαν ἁρμονίαν ἠνώθησαν. Καὶ συνάγεται μὲν εἰς ἄγγη, τουτέστιν εἰς τὰς αἰωνίους μονὰς, τὰ ἐν ἀληθείᾳ διαμείναντα φρονήματα· ἐξω δὲ βάλλεται τῆς βασιλείας, τὰ αἰρετικὰ καὶ τῆς ὀρθῆς ὁδοῦ ἀντιθέτα.

## ΣΓ'. — ΕΥΤΟΝΙῶ.

*Περὶ τοῦ στατήρος ἐν ἑλαθεν ὁ Πέτρος.*

Ὁ στατήρ ὃν ὁ Πέτρος ἐκ τοῦ βουθοῦ λαβεῖν ἐκελεύετο ἐν τῷ ἰχθὺϊ κρυπτόμενον (98), τὴν μορφήν ἡμῶν ἐδήλου καλυπτομένην τοῖς πάθεισιν, ἦν ἐν αὐτῷ πρὸς τὸ ἀρχέτυπον ἀνακαλεῖται ὁ Κύριος. Ἄνθ' αὐτοῦ δὲ τοῦτον δοθῆναι προσέταξεν, ὡς γεγονὼς ἄνθρωπος τοῖς ἡμῶν ἅπασιν ὑποκείμενος· οὔτε βασιλεὶ συγκυρῶν ἀντιτάσσειν αἰδομένως ἐπιτάσσοντι, καὶ τῆς θεϊκῆς δυνάμεως τὰς ἐνεργείας ἐπιδεικνύμενος.

## ΣΖ'. — ΜΑΡΤΥΡΙῶ.

*Πῶς ροντέον.* « Ἐὰν μὴ στραφῆτε, καὶ γένησθε ὡς τὰ παιδία. »

Οὐκ ἡλικίας ὑποτροφήν τὴν πρὸς τὰ παιδία ὁμοίωσιν ὁ Κύριος ἀπαιτεῖ, ὅπερ αὐτὸς νομίζει, ὡς ὁ Νικόδημος, ἀλλὰ τῆς κακίας τὴν ἄνοιαν, ὡς παιδιώδη ἡμῖν ἐνυπάρχειν ἀπλότητα. Καὶ τοῦτο δι' ὧν ἐφησε δείκνυσιν, οὐκ εἰπὼν, Ἐὰν μὴ γένησθε παιδία, ἀλλ', Ὡς τὰ παιδία, τῇ τοῦ, ὡς, προσθήκῃ τὴν μίμησιν ἐμφαίνων τοῦ πράγματος.

## ΣΗ'. — ΔΟΝΑΤῶ.

*Περὶ πραύτητος.*

Μὴ τὴν ἔννομον ἀρχὴν τοῖς ἀναρμόστοις ἤθεσιν ἐκπαρδάρου, ἀλλὰ τοῖς πρέπουσιν αὐτῇ πράγμασι κατακόσμηι πραύτητος· μεταδιδόνς τοῖς ἀθύμοις, καὶ ἰσότητος τοῖς ἤτοσι πρὸς τοὺς μείζονας· καὶ τότε λαμπρὴν ἐξάβεις πυρσὸν τῆς εὐνομίας. Ὑπέκκαυμα γὰρ ἔστι δικαιοσύνη τοῦ φωστῆρος τῆς εὐαρχίας.

<sup>97</sup> Matth. xiii, 47. <sup>98</sup> Matth. iv, 19. <sup>99</sup> Matth. xiii, 48. <sup>100</sup> Matth. xvii, 26. <sup>101</sup> Matth. xviii, 3. <sup>102</sup> Joan. iii, 7 seqq.

## VARIAE LECTIONES ET NOTÆ.

(97) |Pro διάφορον cod. Alt. habet ἀδιάφορον. Vers. 5 pro ὀρίζει cod. Vat. 649 et Alt. legunt, ὀρέγει. Ροσειν.

(98) Codd. Vat. 649 et Alt. ponunt κρυπτόμενος,

A varia piscium genera concudit<sup>97</sup> : eonem modo sempiternum Christi regnum ex omnibus hominum nationibus multitudinem excipiens, pro fidei ratione salutem cuique constituit : non generis auctoritati, non dignitatis amplitudini, non sacerdotio, non regno hac appellatione indigno delicias tribuens, verum moribus ac vitæ, quæ ad puritatem propensa fuerit, atque ad verorum piscatorum prædam<sup>98</sup> se contulerit.

## CCV. — EIDEM.

Bona intra vasa colliguntur, mala autem extra sagenam projiciuntur<sup>99</sup> : nimirum cum Domini Ecclesia excutietur, quandoquidem omnes Christi nomine consignati, atque in unam compagem et commissuram copulati sunt. Et quidem in vasa, hoc est, in sempiternas mansiones, colliguntur animi qui in veritate perstiterunt. Extra regnum autem projiciuntur hæretica, rectæque doctrinæ adversantia.

## CCVI. — EUTONIO.

*De statere quem cepit Petrus.*

Stater ille, quem in pisce abstrusum Petrus capere jussus est<sup>100</sup>, formam nostram vitiosis affectionibus coopertam designabat, 61 quam Dominus in seipso ad primigenium exemplar revocat. Pro se autem hunc dari præcepit, ut homo effectus, atque omnibus nostris conditionibus subjectus : nec imperatori, cum ea imperat, quæ minime noxia et pernicioosa sunt, oblectari permittens, et divinæ potentia vim ac facultatem ostendens.

## CCVII. — ΜΑΡΤΥΡΙῶ.

*Quomodo hoc intelligendum :* « Nisi conversi fueritis, et facti sicut parvuli<sup>101</sup>. »

Cum Dominus id a nobis exposcit, ut ad puerorum similitudinem accedamus, non id a nobis exigit, ut ad infantiam redeamus, quemadmodum ipse, Nicodemi instar<sup>102</sup>, existimas : verum ut improbitatem abjuremus, sicque nos comparemus, ut puerilis in nobis simplicitas insit (99). Atque hoc per ea quæ dixit, ostendit. Non enim dixit, Nisi parvuli efficiamini, sed, sicut parvuli : nimirum hujusce particula, sicut, accessione, rei imitationem declarans.

## CCVIII. — ΔΟΝΑΤῶ.

*De mansuetudine.*

D Ne legitimum imperium inconditis atque incivibus moribus barbarum reddas, verum rebus ipsi consentaneis exornes : mæstis videlicet lenitatem, minoribusque cum majoribus æquabilitatem imperiens. Ac tum præclarum æquitatis et justitiæ ignem accendes, siquidem præluccentis justitiæ probi imperii ac perfecturæ igniculus est.

referunt enim ad ὁ στατήρ. Vers. 6 iidem pro ὡς γενοῦς, legunt ὡς γέγονεν, elegantius, ni fallor. Id.

(99) Ut puerilis in nobis simplicitas insit. Latius

## CCIX. — THEOGNOSTO.

*Quid sit, « Ea quæ sunt Cæsaris, Cæsari, et quæ sunt Dei, Deo ».*

Si quid materiæ proprium, si quod erroris instrumentum, si quod imposturæ simulacrum intestina socordia nobis injecit, hoc Dominus ad vitii architectum et effectorem a nobis projici vult. Contra, si quod virtutis symbolum, si quod honestatis insigne, si quod vigilantix atque cautionis lucrum, hoc Dei beneficio nobis contigisse existimare ac persuasum habere, debitamque laudem ipsi offerre. Id enim est quod ait, « Reddite quæ sunt Cæsaris, Cæsari, et quæ sunt Dei, Deo. »

## CCX. — CHRISTODORO.

*Quid sit, « Tunc qui in Judæa, fugiant ad montes ».*

Postremæ temporum necessitatis signa, quæ Dominus ad cognitionem nostram patefecit, ut tibi explanarem, per litteras postulasti. Horum igitur vim paucis accipe. « Qui in Judæa sunt, fugiant ad montes: » id est, qui in pietate fixi ac firmati sunt (nam id Judæa sonat) ad sublime perfugium oculos conjiciant, suæ videlicet confessionis presidio septi ac communiti. « Qui autem in tecto est, non descendat aliquid tollere de domo sua: » id est, qui præsentem domum contempsit ac pro nihilo duxit, atque omnem hujusce vitæ scenam pedibus protrivit, vitæque altus et sublimis effectus est, et intestinos animorum motus ablegavit, nihil ex ipsis attrahat, non metum, non ignaviam, non iuvenem gloriam, **62** non opum cupiditatem: id enim ex alto descendens significat. « Et qui in agro, non revertatur tollere tunicam suam: » id est, qui veterem hominem exiit, rebusque carnalibus nuntium remisit, novum gestet, qui eum ad Dei agnitionem renovavit, atque a fæco et illuvie repurgavit. Hinc enim illud assequetur, ut ingens illa calamitas nihil ipsi insidiarum creare possit.

## CCXI. — EIDEM.

« Væ prægnantibus et lactentibus in illis diebus, » ait Dominus <sup>66</sup> ad eas animas, quæ divinum amorem velut utero adhuc gerunt, nec verborum libertate ac fiducia uti, Deique confessionem, acremque pro eo contentionem ac dimicationem parere audent, <sup>67</sup> atque puerilem et imperfectam de divina patientia mentem ac sententiam obtinent, nec præmiorum spem sibi proponunt, verum minis aut insultibus fractæ sunt, ac futuris rebus spoliatæ.

## CCXII. — ZENONI PRESBYTERO.

*Ad eos qui se in rebus divinis exercent.*

Habes in divina Scriptura pullulantes earum re-

<sup>68</sup> Matth. xxii, 21. <sup>69</sup> Matth. xxiv, 16. <sup>70</sup> ibid, 19.

## VARIE LECTIONES ET NOTÆ.

hoc explicat Basilius Seleuciæ episcopus in orationibus, quem omnino confer pag. 245 et sqq. (*Patrolog. Gr. t. LXXXV*).

(1) Cod. Vat. 649 et Alt. non ἐμπόρουμα sed ἐμ-

## A

## ΣΘ'. — ΘΕΟΓΝΩΣΤΩ.

*Τι ἐστι, « Τὰ Καίσαρος Καίσαρι, καὶ τὰ τοῦ Θεοῦ τῷ Θεῷ. »*

Εἴ τι τῆς ὕλης ἴδιον, εἴ τι πλάνης ἐφόδιον, εἴ τι ἀπάτης εἰδωλὸν ἐν ἡμῖν ἢ ἐνοικος εἰσέφρησε βραθυμία, τοῦτο τῷ δημιουργῷ καὶ ποιητῇ τῆς κακίας ἐπιβρίπτεσθαι παρ' ἡμῶν ὁ Κύριος βούλεται. Εἴ τι δὲ ἀρετῆς σύμβουλον, εἴ τι σεμνότητος γνώρισμα, εἴ τι νήψεως καὶ ἀσφαλείας ἐμπόρουμα (1), τοῦτο Θεοῦ καὶ ἡγεῖσθαι καὶ πεπεῖσθαι τυγχάνειν δώρημα, καὶ ἄξιαν αὐτῷ προσκομίζειν τὴν ἀίνεσιν. Τοῦτό ἐστιν ὁ φησιν, « Ἀπόδοτε τὰ Καίσαρος Καίσαρι, καὶ τὰ τοῦ Θεοῦ τῷ Θεῷ. »

## ΣΤ'. — ΧΡΙΣΤΟΔΩΡΩ.

*Τι ἐστι, « Τότε οἱ ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ, φευγέτωσαν εἰς τὰ ὄρη. »*

Τῆς τελευταίας [τῶν χρόνων] ἀνάγκης τὰ σημεῖα, ἅπερ ὁ Κύριος πρὸς εἰδῆσιν ἡμῶν ἀπεκάλυψε, σαφηνισθῆναι σοὶ ἀξιώσας διὰ τοῦ γράμματος, ταχέως τὴν τούτων μάνθανε δύναμιν. « Οἱ ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ φευγέτωσαν εἰς τὰ ὄρη, » οἱ ἐν τῇ εὐσεβείᾳ ἐρηρεισμένοι (τοῦτο γὰρ ἡ Ἰουδαία ἐρμηνεύεται) ἐπὶ τὴν ὑψηλὴν καταφυγὴν ἀφοράτωσαν, ὅπῃ τῆς οἰκίας δολογίας φρουροῦμενοι. « Ὁ δὲ ἐπὶ τοῦ δώματος, μὴ καταβάτω ἄραι τι ἐκ τῆς οἰκίας αὐτοῦ. » Ὁ τῆς παρουσίας περιφρονήσας οἰκίας, καὶ πᾶσαν τὴν ἐνταῦθα (2) καταπιτήσας σκηνὴν, καὶ ὑψηλὸς τῷ βίῳ γενόμενος, καὶ τὰ ἐνοικα πάθῃ ἀποπεμψόμενος, μηδὲν ἐξ αὐτῶν ἐπισπάσθω, μὴ δεῖλιαν, μὴ βραθυμίαν, μὴ ὀδύνην κενὴν, μὴ ὄρεξιν πλοῦτου, ἅπερ ἀφ' ὕψους ἐστὶ κατάβασις. « Ὁ ἐν τῷ ἀγρῷ, μὴ ἐπιστρέψῃτω ἄραι τὸ ἱμάτιον αὐτοῦ. » Ὁ τὴν παλαιὴν ἀπεκδυσάμενος, ἀνθρωπὸν, καὶ ταῖς σαρκίνους ἀποταξάμενος, τὸν νέον φορέτω, ὃς αὐτὸν εἰς ἐπίγνωνσιν Θεοῦ ἀνεκαίνισε, καὶ τῆς ἰλύος ἐκάλησεν. Ἐν τούτοις γὰρ ἔξει τὸ πρὸς ἐκείνην τὴν μεγάλην κάκωσιν ἀνεπίδουλον.

## ΣΙΑ'. — ΤΩ ΑΥΤΩ.

« Οὐαὶ ταῖς ἐν γαστρὶ ἔχούσαις, καὶ ταῖς θηλαζούσαις ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις. » Ταῖς ἐγκυμονούσαις, φησὶ, τὸν θεῖον ἔρωτα ψυχαῖς, καὶ οὐ θαρβύσαις παρβρυσίσασθαι, καὶ τρεῖν τὴν περὶ Θεοῦ ὁμολογίαν καὶ ἐνστασιν, καὶ ταῖς νηπιώδη καὶ ἀτελῇ περὶ τὴν θείαν μακροθυμίαν γνώμην κερτημέναις, καὶ τῇ ἐλπίδι τῶν ἀμοιβῶν οὐ προτεχούσαις, ἀλλ' ἀπειλαῖς ἢ προσβολαῖς χυκνωθείσαις, καὶ τῶν μελλόντων γυμνωθείσαις.

## ΣΙΒ'. — ΖΗΝΩΝΙ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΩ.

*Πρὸς ἀσκητὰς.*

Ἔχεις ἐν τῇ θεῇ Γραφῇ ὧν σπείρεις τοὺς καρ-

πύρουμα legunt, quod videtur argutius. Possint.

(2) Pro ἐνταῦθα eodd. Vat. 649 et Alt. ponunt ἐντεῦθεν. Vers. abhinc iidem pro βραθυμίαν, habent ἀθυμίαν. Id.

πούς αναθάλλοντας· βλέπεις τῶν χρηστών σου παλαισμάτων τὰ ἐπινίκια· ὑπὲρ μὲν τῆς ἐκουσίου πτωχείας ἑκατονταπλασιονά [σοι] κἀνταῦθα κἀκεῖσε ὑποισχυμένου ἀγαθὰ τοῦ ἀγαθοῦ ποιμένος καὶ Σωτήρος· ὑπὲρ δὲ τῶν πρὸς τὰ πάθη ἀγώνων, καὶ σκαμμάτων, τὸν ἀρθρατόν σοι στέφανον πλέκοντος Παύλου, τοῦ γενναίου τούτων παλαιστοῦ καὶ νικηφόρου.

## ΣΙΓ'. — ΣΩΣΑΝΔΡΩ.

Ἔσχες μὲν δεσμὸν τὴν συνάφειαν· ἔλυσε δὲ αὐτήν ὁ Κύριος συμφερόντως καὶ ψυχωφελῶς· οὐδὲν γὰρ ἔστιν ἀκερδὲς τῶν αὐτοῦ. Ἐπειδὴ τοίνυν μέριμναν ἔχει κοσμικὴν, ἀλλ' οὐ θεϊκὴν, ἡ συμβίωσις, λέλυσαι ἀπὸ γυναικός· μὴ ζῆτει γυναῖκα, μήπου σε ἰδὲς γυναικὸς φαρμακείῃ, πρὸς ἑτέραν γοητεύων συνέλυσιν ἡδυπαθείας, καὶ σαρκιακὰς διδάσκων κολακείας, καὶ ἀνοήτους (3) φροντίδας καὶ ὑπονοίας. Ἀλλὰ σῶζων σῶζε τὴν σεαυτοῦ ψυχὴν πρὸς τὸ ἡμέτερον δρος.

## ΣΙΔ'. — ΔΟΜΙΤΙΩ.

Οτι πάσης ἐπέκεινα τόλμης, τὸ δογματίζειν ἀναξίως τῆς πίστεως τοῦς βιούντας.

Οὐ παντός ἔστιν, ὡ οὗτος, τὸ δογματίζειν· ἐπειδὴ οὐδὲ πάντες ἀλογοφοροῦσιν. Οὐκοῦν εἰ ἐκείνοις οὐ κέχρηται πάντες, καὶ μάλιστα πτωχοὶ, ὡς εἰς τὸ κράτος ὑβρίζοντες, καὶ εἰς εὐτέλειαν τὴν ὑπεροχὴν κατασύροντες, φεῖσαι τῶν ἀπρεπῶν τῇ Ἐκκλησίᾳ λόγων, οὐδὲν τοῖς ἀκροαταῖς κέρδος φερόντων, ἀλλ' εἰς ὕβριν τὰ τῆς θρησκείας ἐλάοντων, καὶ τοὺς δυσμενεῖς ἡμῖν αἰρεσιώτας, οὐ πρὸς σὲ καὶ τὴν κατὰ σοῦ κατηγορίαν κλινόντων, ἀλλὰ πρὸς λοιδορίαν τῆς εὐσεβείας ἐρεθίζόντων. Οὐ γὰρ τὴν σὴν ἀμαθίαν συνορῶσιν, ἀλλ' ἐκείνης ἀσθενείας καταγελοῦσιν.

63 verum ad pietatem conviciis et maledictis incessendam extimulant. Non enim inscitiam tuam perspiciunt : verum piæ doctrinæ imbecillitatem risui ac ludibrio habent.

## ΣΙΕ'. — ΕΥΣΕΒΙΩ ΕΠΙΣΚΟΠΩ.

Πρὸς ἱερεῖς φιλαργυρίαν νοσοῦντας.

Ὡς φιλοκόσμη εὐπρέπεια ἱματίων, οὗτω σοὶ τὸ Παλικὸν ἐφαρμόζει, « Αἰσχυνθήτωσαν οἱ ἀνομῶντες διακενής. » Θύρας γὰρ καὶ τρόπους κερδῶν ὑπανοίξας, σὺ μὲν τὰς ἐπ' αὐτοῖς ἀποτίσεις εὐθύνας, ἑτέροις δὲ θησαυρίζεις τοὺς πόρους, οἷς πλεονας καὶ σαυτῷ τιμωρίας σωρεύεις. Εἰ τοίνυν βούλοιο κἀκεῖνους καὶ ἑαυτὸν τοῦ πυρὸς ἀπαλλάξαι, πολλοὶ σε Ἀζάρχοι κυκλοῦσιν· εἰς αὐτοὺς τὴν φλόγα τῶν χρημάτων ἐκτίναξον, καὶ μετ' αὐτῶν ἐκεῖσε κληρονομήσεις ἀνάψυξιν.

## ΣΙΓ'. — ΖΗΝΩΝΙ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΩ.

Ἐδεξάμεθα τὸ ἱμάτιον, καὶ χιτῶνα πεπόμφαμεν, καὶ σοι πάνυ εὐχαριστήσαμεν, τὸ ἐν ἡμῶν ἀπατή-

<sup>67</sup> Matth. xix, 29. <sup>68</sup> I Cor. vii, 27. <sup>69</sup> Psal. xxiv, 4. <sup>70</sup> Luc. xvi, 20,

## VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(3) Pro ἀνοήτους codd. Vat. 649 et Alt. legunt ἀνοήτους. Lectio vulgata videtur melior. POSSIN.

A rum, quas seris, fructus<sup>67</sup>. Cernis egregiorum tuorum certaminum palmas : nempe et prosponte suscepta paupertate, centuplo ampliora tum hic, tum illic bona pollicente bono illo Pastore ac Salvatore : et pro subitis adversus vitia certaminibus, ac palæstris, corruptionis expertem coronam tibi nectente Paulo, generoso, inquam, illo in hujusmodi rebus pugile, ac victore.

## CCXIII. — SOSANDRO.

Matrimonii vinculo astrictus fuisti. Hoc autem Dominus conducibiliter, atque ad animæ utilitatem accommodate solvit. Neque enim quidquam eorum, quæ ab eo sunt, commodi ac lucri expers est. Quoniam igitur mundanam, ac non divinam, sollicitudinem habet vitæ societas, « solutus es ab uxore ? noli querere uxorem<sup>68</sup>, » ne te mulieris venenum corrumpat, ad alterum voluptatis congressum te tanquam præstigiis quibusdam illiciens, carnalesque blanditias, atque inutiles curas et suspiciones docens. Verum ad montem nostrum, ut animæ tuæ salutem consulas, te confer.

## CCXIV. — DOMITIO.

Omniem audaciam superare, eos qui indignam fide vitam degunt, dogmata tractare.

Non ejusvis est, heus tu ! dogmatistam agere : quancloquidem nec omnium purpuram gestare. Quocirca cum non omnes purpura utantur, ac præsertim pauperes (ut qui alioqui imperatoris majestati contumeliam inferant, remque præcellentem vilem et abjectam reddant), abstineas velim ab Ecclesiæ minime congruentibus disputationibus, quæ nullam auditoribus utilitatem asserunt, verum religionem nostram in contumeliam trahunt, infensoque atque infestus nobis hæreticos, non adversum te, atque ad te accusandum et insectandum flectunt.

## CCXV. — EUSEBIO EPISCOPO.

Ad sacerdotes avaros.

Ut ornatus studiosum elegantia vestium decet, ita in te illud Psalmistæ accommode conferri potest, « Confundantur inique agentes, supervacue<sup>69</sup>. » Patefactis enim januis ac quarstuum faciendorum rationibus, tu quidem hoc nomine rationes reddes, aliis autem opes aggeris, quibus quemadmodum et tibi plures cruciatus accumulatas. Quocirca si tibi cordi est, et illos, et teipsum igni eximere, multi te Lazari<sup>70</sup> circumdant : in eos pecuniarum flammam excute : et cum his illic refrigerationem ac solatium consequeris.

## CCXVI. — ZENONI PRESBYTERO.

Pallium accepimus, ac tunicam misimus. Tibique ingentes gratias habemus, qui indumentum unum

a nobis postularis, quandoquidem Baptista: legem explevimus, duas tunicas non habentes. Ac siquidem egentī cuiquam detur, bene atque comode cum utroque nostrum actum fuerit: mecum nimirum qui novo indumento corpus foveam; cum illo autem, qui pannosa tunica nuditati suæ consulat. Sin autem hanc quoque, ut quorundam sanctorum virorum suppellectilem servaturus es, me quidem in summam mei diffidentiam conjicies, ut qui conscientie meæ testimonio convincar: tu autem si rursus ad nos miseris, rursusque postularis, haudquaquam tamen a nobis accipies.

## CCXVII. — EIDEM.

Si ea spe fretus, quæ omnia continet, ad hujusmodi rem oculos conjecisti, ac fide ea aggressus es, quæ modulum nostrum superant, fructu sane isto animi instituto, sæpius nos vestiens, a nobis ea, quæ opus sunt, liberaliter atque copiose imperitens. Atque utinam in die illa misericordiam a Domino nanciscaris.

## CCXVIII. — TIMOTHEO LECTORI.

*De visione quatuor bestiarum* 71.

Divini viri Danielis illa celebris atque hominum sermone pervulgata visio, Assyriorum, et Medorum, ac Macedonum regnum, ut uniusmodi, atque ex una quodque natione conflatum, uni belluæ comparavit, aliud nimirum ursæ, aliud leonæ, aliud pardus. Quarta autem visio, hoc est, horrenda bellua, utpote ingentem stuporem afferens, ferreis dentibus septa, arcibusque unguibus armata, devorans et comminuens et conculcans, nec ad ullius animantis similitudinem accedens, Romanorum imperium perspicue designabat, utpote ex omnibus nationibus et tribus compactum, omni que robore et gloria in seipso præditum. Neque enim uno nomine exprimendum vidit propheta principatum illum, qui potentia suæ jugum in omnes extendit, atque Dominicæ incarnationis tempore in infinitum imperium processit.

## 64 CCXIX. — NILO.

*Car assas igni carnes agni comedere præcepit* 72.

Igni assas ægni carnes edebant Hebræi, magnum divine incarnationis mysterium per hujusmodi esum typice adumbrantes, ac Dei agnum prædiscentes, qui divinæ essentia: ignem modo sermone omni

71 Dan. vii, 1 seq. 72 Exod. xii, 9.

## VARIAE LECTIONES ET NOTÆ.

(4) Melius codd. Vat. 649 et Alt. κάκεινος. Vers. seq. μέλλοις, cod. Alt. μέλλεις. Paulo post pro τινῶν codd. Vat. 649 et Alt. habent τῶν. Vers. seq. pro ὠθήσεις cod. Alt. legit ὠθήσας. Mox pro ἑαυτοῦ ambob. codd. commodius legunt ἑαυτῶ. POSSUN.

(5) Pro Κυρίου cod. Alt. habet Κυρίω. Id.

(6) Pro μονοειδῆ, codd. Vat. 649 et Alt. habent μονοειδεις. Vers. seq. pro ultimo τὴν δὲ, cod. Alt. legit καὶ τὴν. Vers. inde 3 pro ἠρκαμένον cod. Alt. in contextu ponit ἠρκαμένον, sed in margine e regione

ασαντι σκέπασμα, ὅτι τὸν νόμον τοῦ Βαπτιστοῦ ἐπληρώσαμεν, δύο χιτῶνας οὐκ ἔχοντες. Καὶ εἰ μὲν δοθεῖ τῷ χριζῶντι, ἀμφοτέροι πεπράχαμεν χρηστῶς, ἐγὼ θαλπόμενος τῷ καινῷ, καὶ ἐκεῖνος (4) τῷ τριχίνῳ τὴν γύμνωσιν τιμῶν. Εἰ δὲ καὶ τοῦτον μέλλοις, ὡς τὰ τινῶν ἀγίων, τηρεῖν, ἐμὲ μὲν εἰς ἀπόγνωσιν ὠθήσεις, ἔλεγχον ἑαυτοῦ τὴν συνείδησιν ἔχοντα· πάλιν δὲ πέμψας, πάλιν αἰτήσεις· ἡμεῖς δὲ οὐ δώσομεν.

## SIZ'. — Τῶ ΑΥΤῶ.

Εἰ ἐλπίδι τῆ τὰ πάντα συνεχούση πρὸς τὸ πρῶμα ἐώρακα, καὶ πίστει ἐτόλμησας τὰ ἡμᾶς ὑπεραίροντα, δυνατο τῆς προθέσεως, πολλάκις ἡμᾶς περιστέλλων καὶ κοινωνῶν ταῖς χρεῖαις ἡμῶν φιλοτίμω, καὶ εὐροῖς ἔλεος παρὰ Κυρίου (5) ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ.

## SIP'. — ΤΙΜΟΘΕΩ ΑΝΑΓΝΩΣΤῆ.

*Περὶ τῆς ὀράσεως τῶν δ' θηρίων.*

Τοῦ θεσπεσίου Δανιὴλ ἡ περιβόητος ὄρασις, τὴν Ἀσσυρίων καὶ Μήδων καὶ Μακεδόνων βασιλείαν, ὡς μονοειδῆ (6) καὶ ἐξ ἑνὸς ἐκάστην ἔθνος συντεταγμένην [ἐν καὶ] θηρίω παρείκασε, τὴν μὲν ἄρκτω, τὴν δὲ λεαίνῃ, τὴν δὲ ἑτέραν παρδάλει. Τὴν δὲ τετάρτην ὄρασιν, θηρίον φοβερόν, καὶ περισσῶς ἔκθαμβον ἔχουσαν, ὀδοῦσι σιδηροῖς ἠρκαμένον, καὶ δνυξὶ χαλκοῖς προσωπιτισμένον, ἐσθίον καὶ λεπτύνον καὶ καταπατοῦν, οὐδενὶ ζῳῷ ὠμοιωμένην τὴν Ῥωμαίων ἐπιδήλως ἐσήμανεν, ἐκ πάντων ἔθνῶν καὶ φυλῶν συντεταγμένην, καὶ πᾶσαν ἀλήκην καὶ δόξαν ἐν αὐτῇ κακτημένην. Οὐ γὰρ ἐνὶ ὄνοματι παραστήσαι ἐώρακε τὴν ἐπὶ πάντας τὸν ζυγὸν τοῦ κράτους ἐκτείνασαν, καὶ εἰς ἀπέραντον βασιλείαν τῷ καιρῷ τῆς σαρκώσεως τοῦ Κυρίου προκάψασαν.

## SIS'. — ΝΕΙΑΩ.

*Διὰ τὴν ὀρατὴν πυρὶ τὰ κρέα τοῦ ἀμνοῦ ἐσθίειν προσέταξεν.*

Ὅπτις πυρὶ τὰ κρέα τοῦ ἀμνοῦ ἦσθιον Ἑβραῖοι, τυπικῶς τὸ μέγα τῆς θείας οἰκονομίας μυστήριον σκιαγραφούντες (7) διὰ τῆς βρώσεως, καὶ τὸν ἀμνὸν τοῦ Θεοῦ προμανθάνοντες, τὸ πῦρ τῆς θείας οὐσίας

ασcribit ἠρκαμένον. Mox pro προσωπιτισμένον codd. Vat. 649 et Alt. scribunt προσωπιτισμένον. Vers. 9 post Ῥωμαίων codd. iidem addunt εἶναι. At pro vocabulo sequenti ἐπιδήλως solus Alt. habet δήλωσ. Id.

(7) Cod. Alt. scribit σκιαγραφούντες. vers. seq. cod. Alt. pro ἀφράστως legit ἀφράστω et ante νῦν, omittit τῇ Vers. ult. participia ἐσθιομένη et ἐργαζομένη in accusativus mutat cod. Alt. Id.

σαρχί ἀφράστως συμπλέκοντα, τῇ νῦν παρ' ἡμῶν ἔσθιομένη, καὶ τὴν ἀφασιν τῶν κακῶν ἐργαζομένη.

A pra-stantiore, cum ea carne connectit, quæ nunc a nobis editur, vitiorumque remissionem affert.

ΣΚ'. — ΤΟΙΣ ΕΝ ΠΗΛΟΥΣΙΩ ΜΟΝΑΧΟΙΣ (8).

CCXX. — PELUSIOTIS MONACHIS.

Οὐκ ἔστιν, ἀδελφοί, ἀσκήσεως πληροφορία, τριβωνος καὶ ὑπῆνης ἐπιδοεῖσις. Οὐκ ἔστιν ἀναχωρήσεως ἐπιθυμία, ἢ ἐν πόλεσι καὶ θορύβοις ἀνάφυρσις. Οὐδεὶς τὴν Χριστοῦ αὐλακα τέμνει, τὴν ἀκανθοφόρον ἀσπαζόμενος φιλοπάθειαν. Οὐ δύναται κατορθῶσαι φιλοσοφίαν, ὁ λογομαχίαις προσασχολούμενος. Οὐκ ἀνέχεται καθαρθῆναι δι' ἐγκρατείας, ὁ βρωμάτων καλλονὰς ζητῶν καὶ ἀβρότητας. Εἰ τόνυν νομίμως ἐθέλομεν ἀθλεῖν, καὶ σχήματι ἀκόμπτω, καὶ μονῆρει σχολῇ, καὶ ἀπαθείας ἀρετῇ, καὶ ἡσυχίας φυλακῇ, καὶ λιτότητι τροφῆς, τὸν ἀγῶνα τὸν καλὸν ἀγωνισώμεθα.

Religiøsæ vitæ certum argumentum haud est, fratres, pallii ac promissæ harbæ ostentatio. Secessionis monasticæ cupiditas non est, in urbibus ac tumultibus immoratio. Nemo Christi arum sulcat, spinarum feracem voluptatem amplexans. Philosophiam consequi non potest, qui in verborum pugnis et concertationibus operam suam collocat. Per continentiam purgari non sustinet, qui ciborum suavitates ac delicias quærit. Quamobrem si legitime certare volumus, per habitum a fastu et ostentatione alienum et monasticum otium, et tranquillitatis virtutem, quietisque custodiam, ac victus tenuitatem, bonum certamen certemus<sup>72</sup>.

ΣΚΑ'. — ΙΣΙΔΩΡΩ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΩ.

CCXXI. — ISIDORO PRESBYTERO.

Τι ἔστιν, « Εἰ ὄλως νεκροὶ οὐκ ἐγείρονται, τί καὶ βαπτίζονται ὑπὲρ τῶν νεκρῶν ; »

Quid sit illud: « Si mortui non resurgunt, cur baptizantur pro mortuis<sup>73</sup>? »

Εἰ ὄλως νεκροὶ οὐκ ἐγείρονται, τί καὶ βαπτίζονται ὑπὲρ αὐτῶν; ὁ θεὸς ἐφ' Ἀπόστολος, τὴν τῶν σωμάτων φύσιν οὕτω καλῶς (9), συγκρινομένην τῷ τῆς ψυχῆς ἀκρήπτω. Ἡ μὲν γὰρ ἀτελεύτετος καὶ ἀθάνατος· ἡ δὲ φθορᾷ καὶ ἀλλοιώσει ὑπόκειται. Βαπτίζομεθα οὖν ὑπὲρ τῶν νεκρῶν [ τῶ ] φύσει σωμάτων, εἰς ἀφθαρσίαν αὐτὰ μετασχευασθῆναι πιστεύοντες. Καὶ ταύτην ἔχει τὴ εἰρημένον σαφήνειαν· Εἰ ὄλως, φησί, τὰ σώματα ἡμῶν οὐκ ἀνίσταται, τί καὶ ἐν τῷ βαπτίζεσθαι, εἰς ἀφθαρσίαν αὐτὰ μεταποιεῖσθαι πιστεύομεν.

Si mortui omnino non resurgunt, ecquid etiam nonnulli pro ipsis baptizantur? ait divinus Apostolus, atque corporis naturam tam præclare cum animæ integritate comparamus? Hæc enim finis expers est, et immortalis: illud corruptioni ac mutationi subjectum. Pro corporibus itaque natura mortuis et extinctis baptizamur, ea in immortalitatem ac statum a corruptione alienum mutari credentes. Atque horum verborum hæc sententia est: omnino, inquit, si corpora nostra ad vitam minime redeunt, quid afferri potest, quamobrem, cum baptizamur, ea in statum corruptionis atque interitus expertem mutari credimus?

ΣΚΒ'. — Τῷ ΑΥΤῷ.

CCXXII. — EIDEM.

Πῶς μέλλει ζῶντας καὶ νεκροὺς κρίνειν ὁ Κύριος. Πρὸς Τιμόθεον β'.

Quomodo vivos et mortuos judicaturus est Dominus<sup>74</sup>.

Τὸ κρίνεσθαι ζῶντας καὶ νεκροὺς, τοῦτό ἐστι, τὸ καὶ ψυχὴν καὶ σῶμα εἰς κρίσιν ἐλευθευεσθαι, καὶ οὕτε ἐν θατέρου χωρισμόν, ἀλλ' ὥσπερ κοινήν τὴν ἐνταῦθα συνάφειαν ἐποιήσαντο, οὕτω καὶ τὴν ἐκείθεν δίκην ἠνωμένως ὑπέξουσιν. Εἰ δὲ καὶ ἄλλως (10) ζητεῖς, οὕτω· Διακρίναι ζῶντας, τοὺς ἀείζωνον βίον καὶ θεοφιλῇ μετελθόντας, καὶ ἀποδοῦναι αὐτοῖς ἀτελευτήτους ἀμοιβάς· κρίναι τοὺς νεκρωθέντας τοὺς ἀμαρτήμασι, καὶ τὸ δοθὲν αὐτοῖς τάλαντον, ὡς ἐν τάφῳ τῇ ἐαυτῶν καταχύσαντας βρθυμίᾳ, καὶ ἀμύνασθαι αὐτοὺς τιμωρίᾳ. Εἰ δὲ καὶ ἄλλως, οὕτως· Κρίναι τοὺς τότε ζῶντας καταλειφθέντας, καὶ τοὺς ἔδῃ πρὸ αὐτῶν κοιμηθέντας.

Per id, quod vivos ac mortuos judicandos esse ait Scriptura, illud significatur, fore ut anima et corpus simul in iudicium veniant, nec alterum ab altero sejungatur, verum quemadmodum in hac vita communem conjunctionem habuerunt, sic etiam futurum iudicium subeant. Quod si alio quoque modo hunc locum tibi explicari quæris, sic habeto: vivos, hoc consecrati sunt, discernere immortales, mercedes persolvere: eos autem qui peccatis immortui sunt, datumque sibi talentum in sua socordia perinde atque in sepulcro defoderunt. judicare, atque cruciatu afflicere. Quod si aliam adhuc explicationem posesis, ea erit hujusmodi: judicare eos qui tum vivi relictii fuerint, et eos, qui ante ipsos vitam cum morte commutarint.

<sup>72</sup> II Timoth. iv, 7. <sup>73</sup> I Cor. xv, 29. <sup>74</sup> II Timoth. iv, 1.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(8) Titulus in codd. Vat. 649 et Alt. sic legitur: Τοῖς ἐν Πηλουσιῶ μοναχοῖς πρὸς τῇ πόλει. Vers. 4 pro ἀκανθοφόρον Cod. Alt. Scribit ἀκανθόφορον. POSSIN. (9) Sine dubio mendose in editis legitur καλῶς, pro quo recte codd. Vat. 649 et Alt. scribunt καλῶν. Ad quam veram emendationem sic relegendam

